TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0609**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine

https://www.techeudine.it/fondo-principale

https://www.sbhu.it/

ANECDOTA
FOROIULIEN

609

DELLA
FORZA

DE VRBIS
NOVAE
CONDEND

De. Iure. Novae. Urbis. Condendae.

Praefatio.

PALMAM Urbem in provincia Fori Julij, de suprema augusti Veneti senatus authoritate quinq; amplissimis, ac sapientissimis inde selectis Patribus elargita Dijs hominibusq; applaudentibus condi cœptam nuper à me cupidè uisam fateor sanè incredibili meum perfudisse animum admiratione: etenim memoria adhuc recenti recolebam primæuam loci illius faciem, quæ tum nuda agri compascui planicie, tum solo, ac gleba frugum uarij aliôqui generis, et uini etiam apprime generosi copiam fundente constabat. Mox uerò eundem intuitus sum locū fossa ingenti, propugnaculis nouem ualidissimis, et, ut alia plura omittam, ambitu mœnium prægrandi, ac inexpugnabili uno, aut altero anno feliciter assurgentem, et se se attollentem in nouæ Vrbis speciem uerè oculis omnium spectatu dignissimā, et ipsis Veneti simulq; Christiani nominis hostibus formidandam. Quòd si ex magnitudine ædificiorum priuati cuiuspiam hominis ingenium, et magnanimitas deprehenditur, ac probatur. l. 2.ª et ibi Bart. et Joa. de Platea per illum tex. in fi. in hisce uerbis. L per industriam hominis animosi accessit ☞ C. de præd. et omnib. reb. nauicul. lib. xj. et Bald. per eundem text. in Proœm. Decretal. in uerbo, Pacificus. num. 84. et Marti. Laudem. in Tract. de Princip. quæst. 334. et Corset. de Potest. et excellent. Reg. Parte 3.ª nu. 9.° Longe magis magnanimum, et diuina quadam Virtute pollentem appellandum esse indico Ser.^mū^ Principem nostrū Venetū tantæ molis, et regiæ plane Vrbis conditorem; nam et potentissimæ nationes, ac Principes consecrati antiquitus nullam maiorem gloriam putauerūt

tauerunt quam aut fundare nouas ciuitates, uel ab alijs conditas in no-
men suum sub quadam amplificatione transferre. ut scribit Vegeti. de
re milita. lib. 4° in Prolog. ad Valentinianum Augustum Imp.rem in quo
opere nouas condendi Vrbes, aut iã conditas amplificandi eundem
Imp.rem palmam obtinuisse affirmat ibidem Vegeti. Imò uel hoc uno ma-
ximè nomine Excelsa Veneta Resp. summis est laudibus efferenda quod
nempe praeclaram ab ipsismet cunabulis Vrbium condendarum artem
~~longaeua annorum serie iam~~ iamdiu intermissam, et propè extinctam ad no-
uam, eamq; tutissimam uitae normam excitarit. Porro neminem ~~au-~~
~~res nostras, ac maiorum nostrorum peruasimus~~ nra seu patrum nostrorum aetate intelleximus Imperatoriae,
aut Regiae Maiestatis, alteriusuè fastigij apice conspicuũ in Italia,
ac forte etiam Europa in hac ampla Vrbis ~~fundandae~~ nouae et a fundamentis excitandae laudem incu-
A buisse praeter Fridericũ 2.um Aenobarbum Imp.rem qui Vrbem nomine Victoriã
non procul ab Vrbe Parma condidit. Testi Ignat. in eius uita, et Paul.
Emil. de reb. Gallicis. lib. 7° ac Fridericũ secundum, seu, ut alij malũt,
Carolum Primũ Siciliae Regem Ciuitatis Aquilae ex conuicinis tamen
oppidis euitandaeq; Tyrannidis causa conflatae structorem. ut scrib. Mari.
Freccia Neapol. Iuris con. percelebris de subfeud. Baron. lib. p.o de
prouinc. et Ciuita. Regni num. mihi 51. aut authoritate Blondi Foroliuiensis ~~non obscu-~~
~~ri~~ celari nominis Historici id affirmans, nec non Manfredum Ipsius Frideri-
ci 2.di F. Manfredoniae Ciuitatis insignis aedificatorem, prout re-
fert Freccia ibidem. num. 49. Vt sileam paucos fortè alios non nul-
lorum oppidorum, modici tamen ambitus, nostra, et auorum nostrorum
tempestate authores, et ipsosmet Dominos Venetos, qui munitissimum
Castellum apud Sontium flumen, quod Gradiscae appellatur, anno —

A Adde Alexandriam, quam uocat. à palea condita à diuersis pop.lis iam ann. ut testat Leander Bonon. in sua Italia fol. ....

M. CC

M. CCCCLXXXI publicè exædificarunt ut recenset Ill.mus Bemb. in sua Hist. Venet. lib. 5.to Verumtamen nequeo sine piaculo tacitus præterire Sanctiss.mæ memoriæ Pontif. PIVM Quartum, qui locu sub nomine Piæ Civitatis à se ipso nuncupatum prope arcem sancti Angeli erigendum summo studio curavit, prout indicat luculentissima ab eo edita constitutio anno M.D.LXV. X Kal. Sept.is quam in calce huiusce operis opportunè subnectam. Cui etiam addo Ser.mum olim et immortalitati dignissimu COSMVM MEDICEVM magnum Hetruriæ Ducem, et Ser.mi FERDINANDI verè maximi, et potentissimi Ducis nunc pacatè imperantis genitorem, qui Cosmopolim à se vocatam sumptu ingenti, ac planè regio in Ilua insula iussit erigi. His etiam libens adiicio Serenis. Vincentiu Gonzagam Mantuæ, ac Montisferrati Ducem, et Heroicæ quidem Virtutis, ac Animatis Principem, qui pervigili solertia, ingenio, ac fide singulari Ill.mi Marchionis GERMANICI SAVORNIANI oppidum, seu, ut appellant, Fortilitium Casalis in Ducatu eius Montisferrati dudum omnibus suis numeris absolutum constitui mandavit. Sed, ut è diverticulo in viam revertar, in invictissimo nostro Principe, ac sacrosancta Veneta Rep.ca ne dum magni, et eminentis animi Virtus elucet, verum etiam summa quædam, et nunquam satis laudanda pietas est sempiterno præconio ad Cælum extollenda; si enim nihil est illi Principi Deo, qui omnem mundu regit quod quidem in terris fiat acceptius quàm Concilia, cœtusque hominum iure sociati, quæ Civitates appellantur, ut inquit

Septem quæ una sibi muro circumdabit arces, Felix prole virum. Idem et Poeta Italiæ laudes elegantissimè celebravit ex his locis in 2.o lib. Georgic. #

A

De laude Urbium.

Laudantur urbes similiter atque homines laudantur: nam pro parente est conditor, et multum authoritatis affert vetustas, et virtutes, ac vitia circa res gestas, eademque in singulis. Illa propria, quæ ex loci positione, ac munitione sunt. Cives illis, ut hominibus liberi, decori. Ad hunc locu ptinet illud Verg. de Urbe Roma. Æneid. l. 6.o
En huius nate auspicijs illa inclyta Roma, ~~En huius nate auspicijs illa inclyta Roma~~
Imperium terris, animos æquabit Olympo

quit Cice. in somn. scipio. quò fit ut quosdam olim Vrbium con=
ditores in Deorum numerum consecrarit antiquitas. ut ait Macrob.
in sua interpre. somn. scipio. lib. p.o certè [Resp. Veneta] noua haec Vrbs PALMA
Deo ipsi, et hominibus esse debet acceptissima ut potè Venetae pieta=
tis index, cum isthaec una Vrbs pulcherrimam, et florentissimam
Fori Julij prouinciam, patentem alioqui Italiae portam, multoties
ab immani, et efferata exterarũ gentium in eam crudeliter irrum=
pentiũ colluuie foedatam quodam quasi saepimento obstruat, atque
communiat adeò ut lares, foci, penates, arae, templa, filij, con=
iuges, et caetera nostra omnia nullas hostium minas, aut barbarorum
incursiones, incendia, rapinas, ac caedes amplius extimescant,
cum haec auspicatissimi nominis PALMA, non modò saeuitiam illã
à iugulis, et ceruicibus nostris depellere, sed metum etiam ipsum ab
animis, mentibusque auertere, ac propulsare ualeat adeo ut PALMA
ista nedum Fori Julij, sed Italiae, ac Christianae fidei firmissimũ
futurum sit propugnaculum, quod et ipsa religiosissima Veneta
Resp.ca Diuino forte afflata numine in aere, et argenteo eius nu=
mismate est uerè, ac prudentissimè testata. Ideo non immeritò Petrin.
Bellus Suessons. clariss.mus et serenis.mi olim Sabaudiae Ducis Con=
siliarius in suo Tract. de re milita. parte p.a tit.o s.do quis possit
indicere bellum nu. 2.o dicit Remp. Venetã esse culmen, et decus
Italiae, cum sola uel exoriens contra barbaricas gentes, et rapinas,
ac uastationes tutissimum praebuerit Italis refugium, solaque ho=
die Italam libertatem, et dignitatem conseruet, ac tueatur. haec
Bell.o Qua in re, prout in omnibus, eadem Resp. ueri Principis

charam habuerunt, ut et Patriae loco duxerint, et Patriam [munus]
sibi appellãdam putarint; quod nulli alteri orbis pro-
uinciae nomen contigisse nusquam legimus.

[illegible] solitere non modo antiquum nomen, sed pristinam etiam Italici imperij gloriam, siue pacis siue belli artibus decertãdu sit, [illegible] perpetuo pro optima Reip. institutione, et ipsorum incredibili prudentia, ac moderatione [illegible] uideantur. Ex Sigon. [illegible]

et Romulum Vrbis Romae conditorem ob singulare in genus hominum collatum munus tam praeclarae urbis condendae, in Deorum numerum collocasse memoriae proditum accepimus. ut inqt Cice. in suae Consolatio. lib. de Morte Tulliolae filiae. qui superioribus annis est in luce editus, et communi eruditorum hominum calculo adscribitur Sigonio praeclarae eruditionis uiro.

[illegible] dium [illegible] uium salu[illegible] uita, libe[illegible] arae, foci[illegible] penates, [illegible] na fortu[illegible] domicilia Cice. in [illegible] Pro Domo s[illegible]

et [illegible] Sigon. in suis libris de Antiq. iure Italiae lib. [illegible] cap. 2 [illegible] fredem [illegible] Venet[illegible] et [illegible] in [illegible] uerbis [illegible] Dnos Venetas [illegible] tollit [illegible] his temporibus [illegible]

murus impleuit; non enim bonus Princeps debet permittere, ut barbarica feritas dulcem inuadat Italiam. prout inquit Bald. in l. executorê col. ult. C. de execut. rei iudic. et Zabarel. in Clement. Pastoralis de re iudic. et Iaco. et Albe. in l. Princeps. ff. de legib. et refert, ac sequitur idem Lauden. in Trac. de Princip. quæstio. 399. quam sanè Italiam appellauit, et iure merito, Paradisum Bal. in notabili consil. 195. laudare uos, et commendare. in fi. uol. 2°. Præmissa uerò de PALMA tantò magis libet firma, et constanti fide sperare ex noua etiam accessione munitionis ~~Vrbis~~ Vtini, primariæ huius Prouinciæ urbis decimo tantùm ab Vrbe PALMA lapide disiunctæ, cui quidem Vrbi Vtinensi, siue illius spectes situ, alioqui pulchritudinem, et amplitudinem, siue cæli clementiam, siue Ciuium, et incolarum frequentiam, eximiamq; eorum fidem (quam unà teneo præcipuam, et ui nulla expugnabilem esse Vrbium, et oppidorum omnium arcem, atq; propugnaculum) paucissimæ sanè Vrbes aliæ Veneto Imperio subiectæ, ~~imò uniuersæ etiam Europæ~~ conferri possunt, nec in hoc patrij soli amor mihi blanditur. Quapropter, cum PALMAM ipsam magnanimæ Venetæ uirtutis, ac pietatis opus planè admirabile insigniores aliquot Vrbis Vtini, ac patriæ nostræ, et Italiæ scriptores, nec non Oratores disertissimi, atq; etiam Poetæ elegantissimi uario, et eo certè elaborato orationis stylo hactenus celebrarint: non abs re fore ego quoq; opinatus sum, si ab huiusce uere augusti, et in omne æuum memorandi operis typo me quoq; paterer adduci, ut aliqua de IVRE NOVÆ Vrbis condendæ literis consignarem, quæ potissimum grauissimis Iurisprudentiæ nostræ authoribus, et alijs non contem-

alluentis eam in aiis opportunitate rebus importandis, ex=| contem-
portandisq; idoneam, cadentium ex proximis iugis auram afflatu salubrem, ac, quod alijs omnibus ~~[illegible]~~ rebus anteponendum est, Reip. Venetæ, cuius in gremio conquiescit, gubernatione felicem, quamsane prouinciam ueteres illi Romani coloni, qui huc commigrarunt, natali solo, ac penatibus patrijs libentissimè permutarunt, et tam [illegible]

A°. et multò minus nobilissimam hanc Fori Julij oram, pulcherrimamq; prouinciam, editissimorum uallo montium septam, leniter assurgentium collium amenitate conspicuam, decurrentium fluminum uenis irriguam, patentium late camporum planitie lætam, parum inter se distantium oppidorum frequentia celebrem,

Munimentum inexpugnabile amor ciuium. Dicit Seneca, et Cice. quos ref. Alberic. in suo Dictio. in lra M. in uerb. munimentum. in additio. #

Not. Ex.m mysticum. Restes appetitus, et desiderium quoddam etiam Venereum inter ~~palmas~~ plantas, sicuti in palmis elucet, fæmina nanq; ad maris uelluti osculum se inclinat, et appetitu tactusq; sanata uegetior euadit, ut ait Leontin. Græcus author ex Georgicis Florentinj, et Geoponicis Magonis Carthaginiensis, et Mizald. l°. 2°. Arcanor. naturaliu et Theophr. lib. 2°. de Histor. Plant. cap. 9°. Palmis, inquit, auxilium masculorum coitus referunt, hoc n. et durare, et maturescere fructus potest. Scribit et Plin. lib. 13°. cap. 4. Tu uero hoc ex.m applicato Palmæ urbi et Vtinensi situ, et proximo amore finitimis.

Legalis scientia dicitur architectonica, idest de omnibus aliis disponens, et cui omnes aliae ancillantur. ut in Bart. in prima glossa Tyberiadis allegante Arist. primo ethic. c. 1º. ubi ait

contemnendis scriptoribus, quorum libros non inficior me quandoque delibasse, probari scirem: Quocirca denuncio, profiteorque iam nunc me nihil, praeter id quod instituti mei ratio postulabit, in medium esse allaturum; Hec enim meum est propositum ex professo attingere methodum, formamque Urbis condendae solis alioquin summis Principibus, et Heroicis, ac militaribus Viris optime exploratam, cum non me lateat omnes artium suarum auctores, atque disceptatores esse debere: [reliquis et aliis ... in ... itaque ... nu: 15.]

Nam et Q. Scaevola summus olim nostri Iuris antistes quotiescunque de Iure Praetorio consulebatur, ad Furium, et Cascellium, quia huic scientiae deditii erant, consultores ipsos reijciebat, quo quidem facto moderationem animi sui magis commendabat, quam auctoritatem minuebat: ab his negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius usu callebant. Hinc etiam ferunt Annibalem in Calcide apud Antiochum Asiae Regem excipientem Phormioni Philosopho de militari arte disserenti notam delirij obiecisse: tametsi ego ausim dicere id delirium non posse obijci Iurisconsulto, cum nostra Iurisprudentia, et de re militari et de alijs innumeris ad alienas artes pertinentibus plerunque pertractet, prout in Iuris nostri libris passim habetur: Sed iam Deo ipso auspice ad institutum aggredior.

[Nota tamen quod large capitur ius civile pro quocunque iure inserto in iuris corpore tam nati. quam gentium, et pretorio. ut per gl. in rub. ff. de orig. iur. et ref. Dnus meus Decia. in Trac. Crim. lib. 2º. cap. 23. de iure civili gnali. nu: 8 et 9º.]

[Margin: ... Venus ... horoscopi ... facultates civilis scientia ... architectonicam ... aliis scientiis]

[Unde Ovid. ad Augustum Caesarem lib. 2º Tristium in ... scribit ... Quodque parum nouit, nemo docere potest #]

Plat. in lib. de Regno civilem sapientiam nominat regiam disciplinam, quae ad reges, et Principes pertinet. et ab Arist. scientia legalis dicta est architectonica. Cagnol. in proem. ff. § itaque nu: 15.

Nam et iura civilia tunc esse coeperunt, cum et civitates condi, et magistratus creari, et leges scribi coeperunt, ut rescripsit Imp. Iustin. in § singulorum in fi. Inst. de rer. divis.

forte

memor sit, quod perfectus quis esse potest in arte sua, sed non in uasta hac legali nostra scientia: et ideo nullus fere Iurecons. est, qui non fuerit reprehensus in aliquibus responsis suis. ut testatur Ang. de Perus. in l. 2ª. C. de usucap. pro emptore.

To. p.º

Verum si in hoc meo, quale id cumque sit, exilis ingenij mei fœtu quid imperfecti fuerit deprehensum, rogatum velim omne benigne legentem, ut erratum mihi omnia humaniter condonet, et

~~De urbis significatione: et de differentia Urbis, et civitatis: Item de oppido, Castro, ac Castellio, et alijs ... Quid ... hoc ... Fol.~~

De. Origine. Vrbis. Conditae.

Cap. P.^um. 2^m.

Aggressurus igitur ad scribendum de noua atque amplianda condenda Vrbis materia, haud à re alienum fore censeo vestigijs Iurisprudentum nostrorum inhaerere, qui rei cuiusque ad doctrinam multum conferre inuentionem, atque originem ipsius cognoscere tradiderunt, ut habetur ex ~~textu in l.~~ tex. in l. p.a et 2.a in principio. ff. de orig. iur. ubi Gaius, et Pomponius Iure consulti eorum responsa ab ipsa iuris origine sunt auspicati, quos alij et primarij Iuris interpretes sunt secuti, et potissimum Dnus meus authoritatis eminentissimae Decia. in suo Tract. crim. lib. 2.o cap. p.o ad ~~[illegible]~~ [illegible] gi. delictorum. nu.o p.o tom. p.o ubi plura ad id recenset. Ideo de prima:

Circa Vrbis originem aliqua sunt prius inuestiganda. Circa in re uarij ex pruis auctoribus uaria scripsere: aliqui enim, prout Plinius tradunt primum omnium Cecropem, qui fuit, ut Iusti. ait in 2.o ante Deucalionis tempora, oppidum condidisse, hoc est locum muris munitum ut eo homines simul coeuntes opes suas conferrent, ubi nullum esset bellum periculum, idque à se Cecropiam nominasse, quae deinde arx fuit Athenis, ut refert Hieron. [illegible] in suo tract. de crimi. lesae Maiesta. lib. p.o q. 46. nu. 5.o cui tamen opinioni non uidetur absolute adstipulari Alex. ab Alexan. in suis Dieb. Genial. lib. p.o cap. 2.o inquit enim ille Cecropem, qui Athenis regnauit primus, à quo mox Athenienses Cecropidae fuere nuncupati, omnem multitudinem in oppida duodecim digestam extitisse, quam Theseus obuiam eundo periculis, ne hostium praeda fierent, uelut unius corporis artubus in unam postea Vrbem sociauit, ac coegit, cui etiam co[illegible] [illegible]

– # quaestam [illegible] aut sancte scripturae, aut historiae [illegible] certam originem referunt. Vide apud Isidor. de ethymolog. l.o xv. cap. p.o de Ciuitatibus [illegible] diuersis plurimarum urbium

De Auctoribus conditarum urbium plerumque dissensio inuenitur adeo ut nec urbis quidem Romae origo diligenter possit agnosci. Nam Salustius dicit urbem Romam sicut ego accepi condidere atque habitauere in initio Troiani, et cum his Aborigines. Alij dicunt ab Euandro cum [illegible] Tunc Rex Euander Romanam condiderat arcis. * Alij à Romulo ut, ex huius nomine ipsa inclyta Roma dicitur. Cum [illegible] tanti [illegible] non appareret, nil mirum si in aliam opinionem dubitarunt. Itaque nec historici, nec Commentatores uaria dicentes omnino [illegible] obtinuerunt, ac [illegible] antiquitas [illegible] sane #

sentiunt ea, quæ scribit Pausan. Historicæ grauissimus, et accuratissimus in Attic. suis lib. p.° dum scribit Thesæum induxisse cultum Veneris popularis, et Suadelæ, cum in unam Ciuitatem ex agris Atheniensium populos compulisset. Verum in hoc idem Pausan. in Corinth. seu lib. p.° refert Phoroneum in Argo terra, Inachi filium primum dispersos ante homines, et seorsum habitantes in unius Ciuitatis ius compulisse, et ab eo oppidum illud, quo congregati sunt, Phoronicum esse nuncupatum, regionem uero ab Argo Phoronei ex filia nepote nomen accepisse. Arcades uero antiquissimam Vrbium omnium quarumque uel in continenti usque terrarum tractu, uel in insulis fuerunt ædificatæ Lycosuram suam fuisse commemorant, ut refert Leonic. Thoma. de uar. Hist. lib. 2.° cap. 80.° Quidam etiam alij Sicyonem prius constructam dicunt. Ægyptij autem omnium antiquitatis gloriam ementitis annalibus ad se trahunt, et Diospolim, quæ sunt Thebæ, tempore omnes antecedere asseuerant, Thebæ, inquam, quæ Vrbs in Ægypto à Busiride Rege fertur condita, ambitu centum quadraginta stadiorum, uti scribit Herodot. centum portis insignis, alijsque tum publicis, cum priuatis ædificijs celebris, totaque pensilis, adeò ut Reges uel maximos exercitus solicent ducere, nullo oppidanorum id sentiente; imò in Vrbe illa Thebarum habitasse quondam septingenta millia ætate militari, refert Cornel. Tacit. lib. 2.° Hinc Diospolim ipsam, Iouis oppidum esse dixerunt. Cæterum Polydo. Virgil. Romæ tandem sub Greg. xiij. Pont. Opt. Max. repurgatus in suis libris De inuent. rer. lib. 3.° cap. 9.° post aliqua ex iam relatis scripta putat ea omnia postea fuisse inuenta, cum Cain Adam filium in ipsis propemodum orbis cunabulis enatus authore Ioseph. in p.° antiquit. lib.° mortalium omnium primus Vrbem condiderit, murisque muni=

[Left margin, upper note:] Et [illegible] ... [illegible]

[Left margin:] Sed hanc Arcadum putò fuisse Astentationem ... qua nimis effertur ipsi Arcades quia se ante Lunam fuisse prædicabant, canente Poeta Ouid. lib. 2.° Fastorum Ante Iouem genitum terras habuisse feruntur Arcades, et Luna gens prior illa fuit. Coras. in l. 1. [illegible] ... num. 26. ff. de orig. iur.

muniuerit, quam ab Enoch filio suo Enochiam appellauit. In quo sanè mi=
ror cur Poly. Virg. multiplicis alioqui lectionis author sanè eius de Cain primo
Enochiæ Vrbis structore opinionem sola Josephi authoritate comprobauit,
et sic fonti ipso irrefragabilis authoritatis, ac ueritatis omisso riuulū
sit consectatus: nam in lib. Genes. cap. 4º. ita ad l'ram extat scriptum.
(cognouit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Enoch) et = ædificauit Ciuitatem, et uocauit nomen eius ex nomine filij sui (Enoch.)
Ego itaque nouissimam hanc opinionem ut potè cum nostræ sacræ religionis
authoribus concinentem pie, et libenter ut par est amplector de Cain primo Vrbis il=
lius conditore, quicquid alij supra relati uarijs inter se opinionum con=
flictu inuicem pugnantes asseruerint [sit quicquid Secus etiam sen-
serit Seneca in Octauia nouarum Vrbium structuram ætati ferreæ tem=
poribus ascribens in hæc uerba.

» Deterior ætas eruit ferrum graue,
» Auumque sæuas mox et armauit manus
» Partita fines Regna constituit nouus
» Extruxit Vrbes. Quos uersus adducit Stephanus Forcatul. Iuriscon. uir in=
signis eruditionis Gallus in sua Necyomantia dial. 37 fol. 4º. Damit:
si re uera ferreum hominis appellare tempus id, quo Cain fratri suo
uitam ferro ademit, tandem cum exagitaretur furijs cædis fratris,
nec tellus sibi locus tutus satis uideretur, Vrbem illam condidit
murisque cinxit, et terminos agro posuit. ut ait Joseph] Cæterum
libet nodum dissoluere, quo quispiam fortassè parum piæ mentis
existens dictum id sacri Genes. inuoluerit, uti rem primo intuitu
minus credibilem continens, dum ibi dicitur ædificatam ab uno ho=
mine Ciuitatem eo tempore, quo non plus, quàm viri quatuor, uel
potius tres, postquamque fratrem frater occidit, fuisse uidentur in terra,

idest

[Ad]am primus homo pater omnium, et ipse Cain, et eius filius Enoch, ex cuius nomine ipsa Civitas nuncupata est. Porro hunc tollit obicem Divus Augustin. de Civit. Dei lib. xv. cap. 8. Qua ratio fuerit ut Cain inter principia generis humani conderet Civitatem, cui quoque applaudit Divus Eucher. Lugdunen. in suis comment. in Genesim lib. 2. dum uterque (praeter plura alia à D. Augusti. mystice ibidem scripta) inquit, quod etiam si Enoch filius Cain conditoris Civitatis illius fuisset primus eius natus, in quo amo[re] illi pii authores disceptare videntur, non ideo putandum fuit secundum eos tunc à patre conditae Civitati nomen eius impositum, quando natus est, quia nec constitui tunc ab uno poterat Civitas, quae nihil aliud est quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata: sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret, ut haberet etiam populi quantitatem, tunc potuit utique fieri, ut Civitatem constitueret, et nomen primogeniti sui constitutae imponeret Civitati. Quam ob rem nullus prudens rerum existimator dubitaverit Cain non solum aliquam, et eam quidem magnam potuisse condere Civitatem, sed et plurimas, quando in tam longum tempus protendebatur tunc vita mortalium: quod ex hoc conijci facillime posse affirmat ibidem D. Augusti. quia ex uno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas Hebraeae gentis tanta procreata est, ut in exitu eiusdem populi ex Aegypto sexcinta millia hominum fuisse referantur bellicae iuventutis, ut omittamus gentem Idumaeorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau nepos Abrahae, et alias gentes natas ex semine ipsius Abrahae, non per Saram coniugem procreatas. Haec, et alia plura vide ibi apud D. Augusti. et D. Eucher. supra relatos, ex quorum scriptis omnis dubitationis scrupulus evellitur, et subinde eam eis concludi debet Cain primum fuisse Urbis conditorem.

De Magnitudine condendae Urbis. Cap. 3m.

DE.

DE TEMPORE CONDENDAE VRBI OPPORTVNO.

CAP. SECVNDVM

3.m

Quoniam in rebus gerendis hominem decet, ac multo magis circumspectum Principem occasionem sequi; nam fugacia sunt semper occasionis momenta et irreuocabilia rerum bene gerendarum peractionis opportunitas. Ideo in noua Vrbe condenda pacati temporis, ac tranquillae quietis occasio est a Principe usurpanda: melius n. est in otio pacis, cum libera, et stabilia membra sunt subditis, eiusmodi operi uacare, quam bellis instantibus tempore, quo uix quiescere possunt, Vrbis structurae manum admouere. munitiones siquidem semper in otio sunt tractandae. nam tunc male quaeruntur, quando necessariae iudicantur. ut dicit Cassiod. 3. variar. epistola 48. et Diuus Aug. in regim. Princ. lib. 6. cap. 4. et ita in re aedificationis publicorum moenium horandum maxime tempore, quo tranquillitas pacis arridet. exemplum tradit Luc. de Penn. in l. hac prouidentissima lege. col. 2. versic. 2. C. de quib. muner. vel praesta. nemi. lice. se excus. lib. 10. Hinc Dionys. scribit L. Tarquinium Priscum Regem Vrbem Romam muro lapideo circumdare incepisse, nisi eum bellum Sabinum auocasse, quod et confirmat Liu. lib. 1. et Sigon. de antiq. iur. Ital. lib. 1. cap. 18. De agro Sabi. et finib. Sabinor. et id comprobat Luca de Penna Coras. in L. si quis [illegible] ff de ver. Diuis. Hinus quoque Assyriorum Rex cum deuictos plures populos Vrbem esset dominus, in memoriam celeberrimam super Euphratis fluuio condidit, et a se met ipso Ninam, seu Ninium nuncupauit, qua mox absoluta Bactram bello petiit, cui tamen Semiramis Regina se similiter obiecit. Teste Diod. Sicul. Antiq. Histor. lib. 3. Sic suoque Constantinus Imp. ubi omnia ei ex sententia succubuissent, et externos partim bello, partim foederibus sibi adiunxisset, constituit Vrbem extruere, suam et suo nomine

opibus et [illegible] instructis [illegible] aduersus eos [illegible] nemy a [illegible] Dristarum Regis [illegible] iam [illegible] confecit. [illegible] non ante aedificare urbem coepit. [illegible] cum [illegible] satis [illegible] dominare [illegible] ille lusit. [illegible] est [illegible] tibi [illegible] non infra [illegible] hora, et [illegible] urbem aedificare [illegible] Dristarum, nec [illegible]

Praeterea Princeps, qui solus imperet, concorditer in senio agere [illegible] urbem [illegible] et [illegible] aedificare [illegible] Rhodij [illegible] lib. 12. [illegible] 2. [illegible]

Vnde ait Plato in Dialog. 4. de legib. Quod Deus quidem omnia, et cum Deo Fortuna, occasio, et ars humana [illegible]

Imp.or ... in Parth. ... annum ... sexagesimum, tunc agebat Crassus, gradiens ... [illegible] ... pater restar, qui ... [illegible]

nomine appellare, et Romae parem efficere in animo habuit. ut narrat Solomon in lib. 2°. cap. 2°. ~~Unde Diuus Augustinus de Ciuit. Dei lib. 5. cap. 25. de prosperitat. quas Constantino Imp. Christ. Deus contulit. in haec uerba locutus est. Constantinum Imperatorem bonus Deus non supplicantem daemonibus, ad ipsum uerum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. cui etiam condere Ciuitatem Romano Imperio sociam, uelut ipsius Romae filiam, sine aliquo Daemonum templo, simulacroque concessit. haec D. August.~~ Summa igitur, et Diuina quadam ratione, et singulari sapientia effectum est, ut in communi Christianae Reip. incendio inter Christianos Principes, ac etiam Christi hostes immanissimos excitato sola Resp. Veneta summa pace fruens Palmam Vrbem praedilectam ipsius Religiosissimae Reip. filiam natalis Domini millibus condendam sacrosanctae senatusconsulto decreuit. Tranquillo igitur pacis tempore noua Vrbis structura est inchoanda, sicut et eodem tempore Princeps urgere debet subiectos ad Vrbes iam conditas, et oppida eleuimum muniendas fossis, et aggeribus. ut euidenter monet Ill.mus olim Dnus Jacobus comes ex Ill.i comitum Puliliarum prosapia in suo lucubratissimo lib. de re militari iam diu per ora hominum euulgato: Verumtamen (salua semper praelibata opinione) uisum est Ill.mo, et Excell.mo Dno meo Julio Sauorgnano ac Ill.mo Comiti Mario eius Nepoti, et arcis Brixianae, seu, ut uocant Castelli Brixiae Praefecto anno M D lxxxxj. hortari Ser.mum Principem nostrum ad muniendum Castellum ipsum eo maxime tempore quo summa annonae caritas ingruebat, ea nempe ratione adducti, ut medio eiusce munitionis innumeri pauperes, et egeni sibi uictum compararent, ac famem arcerent, quia in re Diuino forte docti fuere monito Diui olim Bernardini Senensis, qui Ciuitatem Vrbeuetanam pertransiens fame consternatam pie ammonuit primarium, et opulentissimum illius Vrbis ciuem ex prosapia Simoncella, ut Palatium in Vrbe magno sumptu exaedificaret quo non sine eius commodo pecunias multas in usum plurimorum opificum, et tunc egentium erogaret, ut ... testantur historici in nouissimis historiis orbis lib. xij. par. 2a. et ... pie tum heroicae opinioni ego libens adstipulor. et ...

Adde quod Hyemis tempore urbi idem manifest. ad mouendum quo tempore iure gerium bella conquiescunt. Cice. in orat. pro Rabir. Postumi innuit idem Cice. in epist. 18. lib. ... ad Atticum.

Loco idoneo   Hic cap.m praecedenti loco / post praecedentem

De. Situ. Novæ. Urbis. Condendæ. Eligendo. Cap. Tertium.

Diuinus Vir ingenij Plato in Dialog. 5.o de legib. tradit Urbem quam maxime in medio regionis condi oportere, et in loco delecto, et eam quidem totam in circulum in locis sublimibus deduci uoluit, ut et munitior sit, et mundior. idem Plato lib. 6.o de legib. Aristot. uero in Politic. lib. 7.o cap. 2.o in deligendo Urbis condendæ loco scriptum reliquit quatuor rerum habendam esse rationem, hoc est ualetudinis, ciuilium actionum, et rerum necessariarum inuectionis aut etiam exportationis. ¶ Ad ualetudinem et salubritatem facit, ut Urbs in solis ortu, aut certe in septentrionem uergat. Hæc namque magis commodis auris refrigeratur, et salubrior est. Deinde eam formam Urbs habere debet, ut oppidanis exitus sit facilis, hostibus difficilis aditus, situsque incommodus ad Urbem obsidendam. ¶ Præterea salubrium aquarum copia ciuibus esse debet. Hæc Arist. ibid. ¶ Hyppocrat. etiam in eius lib.o de aere, aquis, et loc. cap. 1.o ita inquit. Si quis ad Urbem sibi incognitam peruenerit, circumspicere oportet eius situm, quomodo scilicet ad uentos, et solis exortum iaceat; non enim æqualis uires sunt ad septentrionem sitæ, et urgentis ad Austrum, neque eius, quæ solem exorientem, et quæ eundem occidentem spectat. Hæc itaque diligenter oportet perscrutari ¶ ac simul quomodo habeat circa eam aquæ, numne palustribus utantur, et mollibus, aut duris, et ex sublimi loco prolabentibus, et scaturientibus ex petris, siue salsis marinis, et crudis ¶ Terra et ipsa consideranda nuda ne sit, et aquis carens, aut syluosa, et aquosa, et an concaua sit, et æstuosa, uel alta, et frigida

[illegible marginal annotation]

gida Adao eundem Hyppoc. ibidem cap. 2°: desumatam natura prorationē situs, et uentorū, quibus ipsa perflantur, ubi ualdè utilia humaniq; saluti ccª. situm ciuitatum scribit. Vitruuius autem lib. p°. cap. 4°. monuit primum electionem loci saluberrimi esse faciendam: is autem erit excelsus, et non nebulosus, non pruinosus, regionesq; Cæli spectās, neq; æstuosas, neq; frigidas, sed temperatas: Deinde si euitabitur palustris uicinitas, cum .n. auræ matutinæ cum sole oriente ad oppidum peruenient, et ijs ortæ nebulæ adiungentur, spiritusq; bestiar. palustrium uenenatos cū nebula mixtos in habitatorum corpora flatus spargent, efficient locum pestilentem. Item si secundum mare erunt mœnia, spectabuntq; ad meridiem, aut ad occidentem, non erunt salubria, quia per æstatem Cœlum meridianum sole exoriente calescit, meridie ardet: Item quod spectat ad occidentem sole exorto tepescit, meridie calet, uespere feruet. Igitur mutationibus caloris, et refrigerationis corpora, quæ in ijs locis sunt, uitiantur. Hactenus Vitru. Et cap. 3°. de aeris probatione scribit. aeris salubritatem declarant loca ab infimis uallibus libera, et nebularum noctibus absoluta, et habitatorū considerata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorū, purus auditus, fauces liquidæ uocis exercent, hoc genere benignitas aeris approbat commeatū. His autem contraria noxium Cæli illius spiritum confitentur. Sed, ut ostendamus præcipuum condendarū Vrbium studiū, et curā fuisse in eorū hominum animis, qui olim in terris existentes animum in Cælo defixum habuerunt, mox uerò corpore hoc exuti in Cælum euolarunt, ubi beati sempiterno æuo fruuntur, et in terris Diuino cultu uenerantur, libet hic in medium afferre ea, quæ

Diuus

Diuus Thomas de Aquino Doctoris Angelici titulo decoratus scripsit in lib. p.o de regimi. Princip. cap. 13.o ibi n. inquit ille, conditorem ciuitatis primum quidem congruum locum eligere debere, qui salubritate habitatores conseruet, ubertate ad uictum sufficiat, amenitate delectet, munitione ab hostibus tutos reddat, ac tanto locus erit conuenientior, quanto plura eorum habuerit. Item Diuus ille lib.o 2.o cap. p.o ait ad condendam Vrbem locum temperatum esse eligendum: nam ex tempore prouenit incolumitas corporum, et longitudo uitae, animorum constantia, fortitudo, et prudentia, demum regio temperata plurimum ualet ad uitam politicam transigendam. Insuper idem ille Diuus lib. eod. cap. 2.o dicit salubritatem quoque aeris esse requirendam, uita n. ciuium per salubritatem aeris seruatur illaesa: aerem n. semper aspirando attrahimus usque ad uitalia ipsa, unde fit, ut aeris salubritas ad corporum incolumitatem plurimum conferat. salúberrimus autem locus erit excelsus, non nebulosus, neque pruinosus, regionesque Caeli spectans, neque nimis calidas, neque frigidas, neque uicinas paludibus: loci uero sublimitas ad aeris salubritatem conferre solet, quia uentis patet, quibus redditur aer purus, et subtilis. In quo idemmet Diuinus author conuenit cum p.p.acitatis, Plato. Arist. ac Vitruu. imo paulo post eod. cap. 2.o subijcit loci salubritatem ex animalibus cognosci posse: nam si uiscera eorum inueniuntur bene olentia, homines quoque ibidem salubriter aere coterrant, contra uero si animalium membra reperiantur morbida: addit et aliud signum, si hominum ibi commorantium facies bene coloratae appareant, robusta corpora, et bene disposita

De Aere.

Nestorius impius hereticus qui a[illegible] condemnationis sue anno [illegible] fruit [illegible] Deo [illegible] portans [illegible]. Niceph. Hist. Lib. 14. cap. 35.

De [illegible] Aquis [illegible]

[illegible] ita membra, si pueri multi, et uiuaces, et senes multi reperiantur. e contrario si facies hominum deformes, et male colores apparuerint, corpora debilia, membra exinanita; si pauci, et morbidi pueri, et pauciores senes, dubitari non poterit locum esse mortiferum. Haec Diuus ille docuit calitus sibi forte reuelata pro Vrbium, et eas incolentium saluti; ac incolumitati calitibus aliôquin semper, ut par est credere, acceptissima: [illegible] quibus suffragantur etiam scripta Pagnolum in eius Cala et tuba, et Eximii. Bon. Peraeij, num. 62. usque ad num. 65. ubi docet quis Regius Domus Ciuitati construenda sit eligendus et qualis esse debeat aspectus Ciuitatis, ad calum et de salubritate aqua, et de amoenitate Ciuitatis, et aliis ad materiam istam pertinentibus. Ceterea pro uberiori iam dictorum argumento conferunt ea, quae scite, et erudite compilauit supradictus Mcus Ant. Pelletarius, Jaco. de re militari, inquiens in noua Vrbe condenda belli, aut pacis studio multa esse Principi consideranda, nempe aeris clementiam, soli fertilitatem; aquarum abundantiam, lignorum etiam, [illegible] fortitudinem, et denique omnia, quae ad humana uita usum necessaria sunt, ut tunc perfecta, et absoluta omnium sapientum sententia Ciuitas illa erit. Haec Comes ibidem. Hinc mihi in mentem uenit Illmi et Excellmi Dnum mei oppidum Sauornianum, quem hic honoris causa nomino, dum annis multis iam exactis [illegible] tanti Herois gratia, cum quo, et Illma eius prole longinquum mihi, et familia mea intercedit obsequium. Oppidum Sauorniani Domus [illegible] gentilitia olim Virtute, ac fide Illmi Comitis, et Comitis Hier. Sauorniani eius genitoris ab hostibus obsidione uindicatam, acerrimeque defensam, me contulissem, ibique per

De la Terremoti: Anaxagoras ignem putat esse causam motus terra. Anaximenes, ait terram ipsam sibi esse causam motus: Thales Milesius atque Democritus ab aqua terram moueri crediderunt: [illegible] Plinius, Seneca, et Arist. uentos esse [illegible] causam motus [illegible] Epicurus, eiusque sectator Lucretius.

[Right margin:] [illegible] Niceph. Lib. 14. cap. 35. [illegible] Niceph. Lib. 14. cap. 35.

[Left margin:] [illegible] lib. [illegible] cap. 2.

De Terremotu. Nota quod ante paucos dies quam Tiberius Caesar obiret dies Turris Phari terremotu Capreis concidit. ut refert Sueto. in vita Tiberij. Cap. 74.

Teste auctore Plinio, urbs Roma tremuit ... [illegible] ... futuri [illegible] Gallicus praenuncium esset. Refert ... quod ... frequens fiunt Romae ... motum terrae ...

9

Plures dies mi continuassem una cum Thoma [illegible] ... Antonino mei amantissimo, et Historico clim perahbi, Ill.mo inquam ... eorum illum de Urbibus condendis, oppidisue, seu fortilitijs struendis fu= manitur nobiscum enarrantem dixisse Celsiu, ac Oppidorum situm hu= mani instar corporis esse debere, quod ex quatuor elementis constat conflatum, et eorum aliquo labescente, aut deficiente necessi fore, in corpus ipsum tendere ad interitum, sic et Urbes vel alia inclementia, aerisque vitio, vel aquarum confluxu nimio, aut defectu, vel ignis hoc est caloris excessu, aut defectu: vel soli sterilitati, ac infoecunditate incultas esse, ac miserè perire aiebat. ~~Ideo Pausan. in Boeot. siue lib. 9. refert Aphidonum Urbem in Boeotia ob aquarum penuriâ fuisse de= sertam~~ sicut et alia innumera Urbes, alitua ex praenarratis, et alijs causis fuerunt derelicta, et incolis destituta, et deleta, prout tradit Plin. de Natur. Histor. lib. 8.° Cap. 29. ubi authoritate M. Varronis affirmat fuisse in Hispania suffossum à cuniculis oppidum, a tal= pis in Thessalia, a ranis civitatem in Gallia pulsam, ab locustis in Africa, ex Gyaro Cycladum insula incolas à muribus fugatos in Ita= lia Amyclas à serpentibus deletas, et citra Cynamulgos Aethiopas la= tè desertam esse regionem à scorpionibus, et à Psyllis genere sublata, et à scolopendris abactos Otrenses. Haec omnia Plin. et Alij ... Ad= nia et alibi ... et Atarnensium civitatem ob ... [illegible] ... ac dissolatas scribit Leonic. Tom. de var. Hist. lib. 2.° cap. 71. ... proposito urbis alicuius ubi ... inopia aquae carentis mentionem fecit ... id quod dicitur in lib. Judith Cap. 7.° qui aqua privatur, sine gladio interficitur et ibidem cap. 7.° narratur, quod ex ariditate aquae ... patitur, ipse mortuus computatur. Ideo nulla ex omnibus urbibus tan= ...

Veteres Romani ubi terram movisse senserant, nuntiatumve erat, ferias eius rei causa edicto imperabant: sed Dei nomen ita uti solet cui servari ferias oporteret, statuere, et edicere quiescebant, ne alium pro alio nominando falsa religione populum alligarent. Cuius rei causam hanc fuisse tradit Aul. Gellius in lib. 2.° Noctium Atticarum, quoniam compertum non est, nec inter Physicos quidem Philosophos satis constat, quanam eorum ... causa ... terremotus fiant.

Margin (left): De Terremotu ... urbs Romae ... motus ... Hinc Clau= dius Caesar ... observant ... quoties terra in corpus ... urbe mo= ... De terremotu. Hinc visum ... Augustinus qui civitates terremotu funditus deiectas ... Civitatem ... Trallis, et in Cypro plurimae ... civitates ... partes ... terremotu exciderunt ... Hieronymo ...

Margin (right): De igne ... Plures ... Tiberij Caes. Principatum ... De Terremotu. Sicyonis urbs terrae motu ad solitudinem ... redacta. Euboea quoque, Caria et Lycia urbes magnis calamitatibus affectae sunt. Rhodus in pri= mis insula tam vehementer con= cussa est, ut Sy= billae vaticina= tio ... Rhodi ... comprobata. Pausan. in Corinthiacis siue Lib. 2.° fol. 191.

Hinc p[ro]veniat ... quem ... [De Aqua.] [baptizavit sine aqua dicendo, ego baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti ... nocturnus est, non debet et in equi... tenore ... non refert an aqua ... vna quorundam ... omnia ... reperitur ... quos ... posse ... iulii Alberti Landu. in ... de Sacram. Baptism.

Nihil tam videtur habere ad usum necessitatem, quantam aqua, ut tradit Ripa in tracta. de peste sub tit. de remediis praeservat. comodi. cent. [illegible] nu.° 6. et ibidem nu.° 13. et 14. dat normam cognoscendae aquae puritatem, ac salubritatem et probandi eius bonitatem, quam pluribus modis probari posse subijcit nu.° 17. 18. et 19. et quod intersit Reip. salubres, et optimas esse in civitati aquas, cum rei gratia plurima statuit Regia veneranda maiestas, prout cumulat idem Ripa nu.° 20. usque ad nu.° 44. Hinc etiam Vinul. ... consul. in l. fin. ff. de ... respondet tam esse aquae necessitatem, ut si usus eius auferatur, homines siti necentur; quapropter usum aquae plurimi pendens Galen. ex proprio libro de bonitate aquae inscripsit sectio. 8.ª integrum, licet in Urbe condenda is semper eligi debeat [illegible] locus, cui benigna, et concors quatuor elementorum disca... ... , attamen in hoc uno etiam praecipua quadam Divini Numinis providentia, quicquid ... humana ... prudentia, optimam sibi partem vindicare solet, quod pro ... insigne, et memorabile exemplum Constantini imperatoris, qui, cum Romae esset, palam detestatus est sacra gentilium de nova Roma aedificanda omnis idololatriae ... expers ... decrevit, antiquumque Ilium cogitat, eoque profectus, dum parat opus, absterretur a Numine, a quo etiam Byzantium petere suadetur. Haec autem quomodo se habuerint vide apud Zosim. lib. 2.° Solom. lib. 2.° cap. 2.° et Bedam de ... sanct. lib. 4.° cap. ult. qui affirmat illud Divinae voluntatis indice accidisse prodigium, ut aedificantium apud Ilium Urbem instrumenta nulla hominis arte in adversum litus reperiantur esse translata. Aquilam vero sustulisse funiculum caementariorum, et iuxta Byzantium deiecisse illum. quod ... et Zonar.

Quamvis et frumentum famis sit gravissimum, ex cuius causa licet iure ita permittente patri pro... unum vendere, vel pignori dare filium, ut est tex. cum glos. in l. 2ª ubi et Bal. C. de patrib. qui fili. distr. et alib. passim in iure nro. prout cumulat Cornel. Benincas. in suo Tracta. De paupert. et eius privileg. Annal. quaest. 7.ª nu. 15. et 16. ubi id extendit et ad matrem. et eo nu. 15. add. ex.m Nehem. cap. 5.to quod populus fame oppressus in haec verba prorupit, [Filij nri. et filiae nrae multae sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, et comedamus, et vivamus. ut refert Aud. Tiraq. de retract. consang. § 26. gl. 1. nu. 15. et apud Ovid. 8.° Metam. ...

> Nota plures Seruit ... para... ... contra com... ... aquas publicas, quas refert ... in lib. ... de aquis in urbem influentibus tradidit ... et ... alleg. Ripa ibid. nu. 35. ... nu. seqq. de ... aquarum ... scribit.

Annal. Tom. 3.o de lapidibus Cedri in Consp. ann. 18. Constantini, qui subdit non unam, sed plura fuisse mutata à Constantino adhuc antiquitati Urbis condendi, bea . . . addit à Zoc Niceph. lib. 8.o cap. 4.o De ca, illud quoque memoriae proditum est, ut Imperator ipse pedibus hastam manu tenens ambitum, et maenia eius definiens, circumijt, quod comitibus eius ulterius, quam conueniret, pomaeria Urbis proferre uideretur, quemdam ex eis ad eum accessisse, rogasseque quousque adem Deus illum ire [illegible] respondisse. Eousque dum qui me praecedit ductor constiterit. Vnde satis constabat caelestem quampiam ei praeesse uirtutem, quae eum, quod fieri deberet, instrueret. ^ Hoc silendum est Ephesi Vetis olim celeberrimae initium: cum n. arcis primi illius fundatores Urbi condendae idoneum quaererent locum, neque satis inter eos constaret, ubi nam potissimum illam collocarent, construendaque deberent, Sacerdotes Deum consulere placuit, percontantibus igitur illis hoc maxime responsum fuisse modo perhibetur ut eum s. sibi locum exaedificandae deligerent Urbi, quem piscis illis, aperque sus ostenderent. ut testatur Leonic. Thoma. de uar. Histor. lib. 2.o cap. 6. ubi latius de aedificatione dictae Urbis Ephesi mox secuta oraculo responso consentanea subnectit. Hinc etiam ipsam Deorum affuisse praesentiam in fundamentis murorum iaciendis perhibet Pausan. in Atticis lib. p.o ita scribens. Ostenditur etiam Deorum focus, quos Prodromos uocant. qui est quasi praecursorios dicas, quibus rem Diuinam fecisse tradunt Alcathoum, cum esset murorum fundamenta iacturus. Iuxta eum locum lapis extat, ad quem cytharam deposuisse Apollinem tradunt, cum muros facienti Alcathoo operam esset na-

~~[illegible]~~

\# Et tandem demisso in uiscera censu, ferro restabat [illegible] Gnaua non illo digna parente. Hanc quoque uendit inops. [illegible]

1.o quod fit, in mari [illegible] tot annos [illegible] bellis [illegible] Thracia, qui sunt [illegible] ac fortiora [illegible] formidant [illegible]

Margin: De Pomerio.

Margin: Niceph. Ecclesiastic. Histor. lib. 8.o cap. 4.o fol. 371

Margin: ^ Nec mirum est si Imp.or ille urbem illam in medio ferme [illegible] consuit: cum Imp.or [illegible] in Auth. de Pretore Thraciae [illegible] [illegible] Thraciae regione [illegible] militaris [illegible] et militarium copiarum, bellorum [illegible] sunt enim ista [illegible] patrio [illegible] Hoc Imp.or [illegible]

Margin: [illegible] in fundo [illegible]

et lapis, ubi citharam deposuit Apollo, reddit calculo si quis eum percusserit, eundem sonum quem pulsae fides, sonum quem vix plane admirabilis visa est. Pausan.

etiam eo processerunt, prout fertur de Adriano alioqui inter optimos
Imp. annumerato, cum ex illius attactu cæcos uisum recepisse asse=
ruerit Spartia. in eius uita, qui præter alios Diuinos honores, quos
Antinoo adolescenti dum funere habiri uoluit, et maxime apud Man=
tinen=

error, quia fuit alius non Gen. cap 4°. et 5°.

tinenses, in Aegypto apud Nilum statuit, ut Urbs de eius nomine An-
tinoa appellaretur. ut tradit Pausan. in Arcadic. siue lib. 8°. Hic
Imp.r multas Civitates Adrianopolis appellauit Aelius Spartia. in
Hadriano ~~Fol. 172~~ et plura scribit de hoc Dion. Cass. in uita eius-
dem Adriani Imp.ris ¶ Ceterum quoniam superius dixi pulchrum, et
fausti ominis nomen esse nouae Urbi imponendum, ego sane puto
nullu aut pulchrius, aut auspicatius imponi potuisse nomen Urbi,
Ciuitati nostrae, ac nomen PALMAE fuit. sicut enim Palma arbor Graecis
Phoenix dicitur. teste Ruelli. de Natur. stirp. lib 1° cap. 108.
Palma. sic nostra haec Urbs in uniuersa Italia, ac Europa erat
unica, et unicum Italiae, ac Christiani orbis praesidium, atque propugnaculu.
Et sicut Palma ipsa arbor nulli cedit oneri quamuis ingenti, imo
contra pondus resurgit, ut tradunt Arist. Theophrast. alij. sic Urbs
ista nulli impetui, quo ipsa fam[illegible] cedit hosti, sed contra omnia aduersa felicior in altu
resurgit ¶ Quapropter in antiquis certaminibus coronarijs palma
signu erat uictoriae, nec aliud fere praemiu ijs dari consueuerat,
quod Iasius primus in equo uictor, et Olympiae uictor dextra ma-
nu gestasse fertur. ut inquit Pausan. Quamuis Graecia quatuor ta-
tum, oliastro s. pinu, Lauro, et apio coronare uictores maluerit.
Olympiae oliastro, Delphis Lauro, in Isthmo pinu, Nemeae apio;
alijque autem omnes fere certatores corona e palmis contexta
donabantur; sed dextris gestata uictoriae erat indiciu. prout
scribit idem Ruelli. in dicto cap. 108. quae auspicatissimo PAL-
MAE Urbis nostrae nomini concinne possunt accommodari. Hinc Pal-
ma arbor Romae adhuc non enata felicis ominis attulit praesa-
gium, sicut ex geminis Syluia Vestalis palmis in somnis uisis
ante

Adde q. Alex.r Magnus urbem [illegible] qui eius [illegible] Bucephali [illegible] Bucephalon [illegible] qui Caio equus nulli pati uoluit ses-sorem praeter unum Alex.rum eius dominum. q. nota

ante ortum Romuli, et Remi constat Ouid. de Fastis lib. 3°. ita scribens.

» Inde duae pariter (uisu mirabile) palmae
» Surgunt; ex illis altera maior erat.
» Et grauibus ramis totum protexerat orbem,
» Contigeratque sua sydera summa coma.

Modo autem quaeritur quando nouae urbi nomen sit imponendum? In quo resp. id pro libito conditoris imponi solere. Verum exemplo sacrae paginae monemur in Ezech. Proph. cap. ult. in fi. illud post absolutam, ac completam urbem imponere: legitur n. ibidem post immensam, ac admirabilis illius urbis structuram, in qua diuinitus de palma pluries fit mentio, demum nomen ei hoc fuisse impositum (Dominus ibidem) Urbi uero nostrae ipso natali eius die à Serenissimis illis quinque Patribus felix est inditum nomen. PALMAE. Omnino

Quae sane urbs tum ratione eiusce nominis, tum et nominis Bonaiuti Lorini Florentini multis architecturae operibus clari apud Italos [ut uocant, Ingenerij Ser.mi Principis Veneti] ~~Ser.mi eiusdem ingenii, et experimentis in similibus hominis~~ tum architecti qui primus fertur elegisse ~~situm~~ locum illum condendae urbi PALMAE fausti, ac boni ominis est argumentum à nomine ipsius Bonaiuti, seu boni auxilij deductum. Tametsi Ill.mus olim praeclarae memoriae comes Marius Sauorgnanus senior Hieronymi F. et Julij à me suprà nominati frater per plures ante annos eiusdem met PALMAE urbis ~~situ~~ loci in scriptura eius summa, et circumspecta prudentia compilata eidem Ser.mo Principi V.co proposuerit, ut potius ~~situm~~ locum ~~[illegible]~~ condendae urbis idoneum, ac longe magis opportunum, et Venetae Reip. et comuni omnium saluti magis conducibilem, prout testantur recentiores ~~[illegible]~~ Caesar ~~[illegible] Historici~~ in ~~[illegible]~~ elegans accurata Historia orbis Etrusco idiomate nuper edita lib. 13. par. 2ª.

AN DIEBVS SACRIS, et solemnibus operari liceat causa condendæ Vrbis.

CAP. VIII.

Neminem religionis Christianæ sacris initiatum latere puto quātis pietate ac deuoto animi affectu colendi sint dies festi, solemnes, et potissimum dies Domino sacri, qui appellantur Dominici: nam die Dnico Deus lucem condidit, et à mortuis resurrexit, ac spiritum sanctum in discipulos infudit. ut piè testatur Sac. Sanct. Concili. Tridenti in sessio. 2.a et dierum festorum deuotam et religiosam celebrationem nobis insinuat idem Sac. Concil. Tridenti. sessio. XXV. cap. De delectu ciborum, ieiun. et dieb. festis. siquidem eiuscemodi dies festi, qui non sine diuini spiritus afflatu ab ecclesia sunt instituti, nos sanctificare debemus non seruando tantum ab operibus seruilibus uerum maxime à peccatis abstinendo, et Deum opt. Max. recte colendo precibus, diuini uerbi auditione, et sacrificium, quod pro omnibus offertur, pientissime frequentando. Hinc et ueteres uera et Christianæ lucis ignari dies eorum festos præcipuo, seu magis superstitioso cultu uenerari consueuerunt: Ideo Senec. episto. 18. scrip. sit festis maxime diebus animo esse imperandum, ut tunc uoluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit: et Tibul. elegans uates ele. 2.a ita cecinit.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue suspenso uomere cesset humus.

[illegible] Et ea ratione stetit [illegible] operarentur ipsa die, [illegible] pauperes gratis iuuarent [illegible] excusari à pena, [illegible] et alios similes [illegible] pauperi [illegible] præmium [illegible] et ibidem deputat hanc rationem [illegible]

De die Dnica. Hæc dies tantis diuinarum dispensationum meritis est consecrata, ut quicquid insigne [illegible] à Dno [illegible] huiusmodi [illegible]

P.S. A unde Pius Papa IX.s à Petro Apost. [illegible] ob uitæ sanctitatem inter Diuos relatus piè iussit Dominico die sacrosanctū Pascha Dni nostri celebrari. ut ht. de consec. dist. 3.a cap. nosse.

Dnica [illegible]

Verumtamen ego pie censeo fas esse diebus festis, ac solemni-
bus ex causa condendæ urbis operari, nec ob id pietatem
Christianam lædi, quando nempe necessitas, et communis
salutis amor, et patriæ, quæ una omnes in se complecti-
tur charitates teste Tull. zelus ad id urgeat, et mora sit pe-
riculum allatura: Quandoquidem et ipsa Dominica
die, ac alijs etiam in honorem Dei immortalis, et
sanctorum feriatis diebus coloni, et agricolæ pos-
sunt licere, et licenter indulgere agrorum cultui
necessitate aeris urgente, quoniam frequenter con-
tingit, ut non aptius alio die frumenta sulcis, aut
vinere scrobibus mandentur, ne occasione momenti
pereat commoditas celesti provisione concessa. l. 3.
C. de feri. c. licet. ubi Abb. de feri. [Ioa. Lup. in c. per
vestras. § 27. nu. 4. de donat. int. vir. et uxo.] Sic
et ubi est actis tempore peritura procedi potest
tempore feriarum etiam in honorem Dei immortalis.
d. c. licet. et c. fin. in fi. et not. Abb. Sicul. in c. fi.
de iud. Et ideo debitor suspectus de fuga potest
capi vel auctoritate iudicis, vel auctoritate pro-
pria creditoris die feriata etiam in honorem Dei.
per glos. singularem et approbatam in l. dies festos.
C. de fer. et ibi Bart. et alii sequuntur C. de feri.
et illa glos. est unica, et singularis in iure sm
Ang. et Fulgos. in l. 2. ff. de feri. et Alberic. in
l. si feriatis. Fad. dicit, quod consuetudo sequitur,
et

et approbat glos. illam, et eam multum amplians Bal.
in c. fin. col. ult. ex. eod. inquit debitorem de fuga
suspectum posse capi die feriata, non solum si sint
feriae solemnes sed etiam si sint solemniores,
vel solemnissimae, ut Natalitie vel Resurrec-
tione Dni. et Bald. refert, et sequitur Ias. in
l. minim. nu: 3. ff. si cert. peta. ubi plura
ad hoc cumulat, et tenet debitorem fugitivum
posse capi etiam in propria domo, in qua, ces-
sante alias suspicione fugae, esset tutus, cum
domus sua unicuique tutissimum sit refugium, et
receptaculum. iure notissimo ita suadente:
et quo ad ea, quae supra dixi de agricolis, et
festis diebus mirifice conferunt ea, quae scripsit
Virgil. in Georg. lib. p°. hisce numeris.

» Quippe etiam festis quaedam exercere diebus
» Fas, et iura sinunt, rivos deducere nulla
» Religio vetuit, segeti praetendere sepem,
» Insidias avibus moliri, incendere vepres
» Balantumque gregem fluvio mersare salubri.

quibus applaudit etiam Columel. lib. 2°. cap. 22°.
Praeterea quod quis die Jovis non sit bellandum propter Asce-
sionem Dni nri Jesu Christi in caelum: Item nec die Ve-
neris propter reverentiam acerbissimae Passionis: ideo
maleficium in die Veneris sancte tamquam detestabile
gravius est puniendum. ut in terminis homicidij
die

die dicta patrati consuluit Ang. in cons. 217. nu: 7.° Item
nec in die Sabbati, quia eo die discipuli latuerunt ppter
metum Judeorum et quia Christi corpus latuit in se-
pulchro. Item nec die Dominico propter honorem sacro-
sanctae resurrectionis. Hostien. et Joa. Andre. in c. 1. de
treug. et pace. et forte propter binas alias caussas in
honorem tantae diei supra relatas ex Concil. Tridenti.
sessio. 2ª. A Praemissa tamen limitantur nisi sit causa ne-
cessitatis c. si nulla. 25. q. 8.ª pax enim in voluntate,
bellum vero haberi debet in necessitate. prout tradit
Petrus Bellus in suo Tracta. de re milita. tit.° x.° an
liceat omni tempo. bella. ubi plura recenset ac subijcit,
quod ipso sanctissimo Paschatis die inter ipsos summi Ponti-
ficis Julij 2.i ac Ferdinandi Regis Hispaniarum mi-
lites contra Gallos apud Ravennam saevum, et atrox
praelium est commissum, quod fuit anno MDXII. ut
scribit Paul. Emil. de Reb. Gallic. lib. x.° in fine.
Rursusq. ijsdem Paschalibus diebus apud Ceresolas,
qui est vicus in Astensi Comitatu, pugna cruenta
inter Gallos et Hispanos fuit inita. idem Bellus ibid.
Sic et olim in dicta Paschali die in Gallia Gothi suo
Alarico eorum Rege militantes, et nihil tale suspi-
cantes magna ex parte fuerunt prostrati. Simili
quoq. modo inter Lotharium tunc Italiae Regem, et
mox Imperatorem ex parte una, et Ludovicum, et

Ca-

A Proinde dictis festis licite duellum recusari sanxit Sum. Pontif. in d. c. 1. de treug. et pace: Cum vero eodem sacro Concil. sancitum extet sessio. 25. cap. xix. quod detestabilis duellorum usus, fabricante Diabolo, introductus, ut cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Xpiano orbe penitus exterminetur. et ut latius ibi hr. #. His adde Pontificiam legib. monomachiam omnem prohiberi. c. monomachia. ij q. 5.ª #.

Carolum nomine Caluum Regem Galliarum postea salutatum ipsius Lotharij fratres parte ex altera memorandum certamen fuit conflatum expeditio sacratissimae Resurrectionis Dominicae die in agro Altissiodorensi iuxta villam Fontoniaci quo quidem in certamine omnis fere Gallici Regni nobilitas ~~caedem~~ caesa fuit commiserandam passa fuit fut affirmat Paul. Emil. de Reb. Gallic. lib. 3.o [Pariter et Normanni feroces olim populi anno DCCCLIIJ die sabbati sancti in ipsa Gallia adorti sunt ciuitatem Nantes app.tam in qua Episcopum illius et magnam populi partem rei diuinae uacantem interemerunt. idem Paul. Emil. eod. lib. 3.o

Quapropter legimus multos religione deterritos fuisse ad internecionem traditos: nam C. Caesar in Gallia, quia comperierat Ariouisto Germanorum Regi institutum, et quasi legem esse non pugnandi decrescente Luna tum potissimum acie commissa impeditos religione hostes uicit. Item D. Augustus Vespasianus Judaeos Saturni, hoc est Sabbati die (quo eis nefas est quicquam rei seriae agere) adortus superauit. ut scribit Frontin. in Stratagem. lib. p.o cap. p.o de tempore ad pugnam legendo. Hinc etiam gentiles ex parte Antiochi Regis constituerunt praelia in

diebus

Pompeius obseruato ieiunij die, quo ab omni opere Judei abstinerent, impleta fossa, et admotis Hierosolymam urbi — quae scalis in urbem ingressus mœnia cuerti iussit, et Judeorum Regem Aristobolum cepit, qui à Romanis desciuerat. Authores sunt Strabo lib. 16. et Appia. in Mithridatico. [Pompeius] fossa habebat in lapide excisa, pedes alta, 250. latam.

diebus Sabbatorum aduersus quosdam, qui fugerant de Judæa. At illi non miserunt lapidem, nec oppilaue-runt loca occulta dicentes. Moriamur omnes in sim-plicitate nostra. Qua in re est animaduertendum, quod licet in hoc erga mandatum Domini deuotum exhibuerint obsequium, tamen perpendentes ad-modum quod in hoc populus dispergi poterat. cogitarunt mutato consilio, et eo quidem forte sa-lubriori dicentes. Omnis homo quicunque uenerit ad nos in die Sabbatorum pugnemus aduersus eum. Non enim dicitur opus seruile pugnare pro tuenda uita, uel pro lege Dei. 2°. Machabæ. 5°. Imò ego pie opinor eum potius tentare Deum, qui uiscus capiti suo, suorumue, aut Patriæ graue discrimen imperdere, illud quouis modo, et quocunque tempore nò contendat procul arcere, prout uarijs sacræ paginæ edocemur exemplis ad instructionem nostram peraccommodis. Porrò sciebat Dauid se esse unctum in regem, et quod deberet post Saul regnare iuxta id quod promiserat Sa-muel non tamen committebat se discrimini, sed faciebat ad sui custodiam quod poterat. 1°. Reg. 22°. Sic de re, quam Paulus potuit per humanam industriam facere, nolebat miracula expectare. unde apud Damascum, cum insidiarentur ei Judaei, fecit se per murum in sporta

di-

[Left margin, faint:] [illegible] ... Machabæi tamen sine culpa sua in Sabbato pugnant. [illegible] si quis ieiunium fregerit [illegible] non habetur.

[Right margin:] Sic Deum nititur ten-tare, qui in loco con-tagioso con-tendit ha-bitare, ut prudenter dicit Panor. in c. dilecti. col. 5a. de dolo. et contuma. et ref. al[ega]t Reg. Rip. in suo Trac. de Peste. in princi-pio: n. 8.

dimitti. Act. 9°. Item cum adstrictum loris uellet eum
facere torqueri dixit se esse ciuem Romanum et
cum inauditum haberet iudicem. Caesarem appellauit.
Actu. 23. et 24. 2°. – Et sciendum. populum Roma-
num quoties hostium uim propulsarent, aut illatā
initiam lacessiti depellerent, quominus arma
sumerent et hostibus obuiam irent nulla re-
ligione teneri, atque et uitabiles dies nullos
censere: illos tantum obseruare, cum
inferenda in hostes arma, non propulsanda
forent: feriatis enim diebus uim cuique in-
ferre piaculare est, propulsare non itidem
ut testatur Alex. ab Alex. Genial. dier.
lib. 4°. cap. xx. in quo praecipue narrat
qui dies atri, quiue fausti forent tam
apud Romanos, quam caeteras gentes.
Ideo ego pro concludo quod si magna necessitas
[illegible] nullum est opus, seruile quod in
festiuis diebus ni liceat [illegible] [illegible] in
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] a [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et aliis [illegible]
et materiam hanc luculenter [illegible]

Scribit Sueto. et Dio interfecto Caesare idib. Martijs
solemnem senatus diem, parricidium a iijuiris
nominatos, ac ne unquam senatus haberetur decretum.
et ref. Jo. Lau. Zamosc. in lib. 2°. de senatu Roma. fol. 48. n°. in prin.

De [illegible] Bernando [illegible]

Hic [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] habitant [illegible] admonit [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Comit [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fol. 25. t°.
[illegible] [illegible] relato [illegible] Cand. [illegible]

Si igitur ex iam dictis, et alijs in iure nostro passim obuijs traditionibus impune licet sacris, et festis diebus operari in uacando agrorum culturæ, et priuatos actus iure alioqui uetitos exercendo et quod longe grauius est, cruenta ineundo bella, et pugnas tum publicas tum priuatas, ne=mo iudicij compos ambigat utique fas esse operari diebus etiam sacris, et solemnibus causa nouæ condendæ urbis necessitate maxime id suadente, et sic ex causa publicæ, ac priuatæ tutelæ contra imminens Patriæ, aut uniuersæ Prouinciæ discrimen interdum.

Nec refert si dicatur permis=sum olim fuisse etiam in ferijs, præter cætera, ueteres fossas purgare, pisci=nas, et lacus: quarone et Macrob. lib. 1. saturn. c. 16. existimauit uxores uiduas licere ducere in ferijs, ut ueteres fossas purgando, mi=nime autem uirgines, quia ferijs uisis, et nouum opus uetatur: Nam (quicquid secus affirmatur)

~~Cæterum~~ iure receptum est in die festo in bello iusto licere foueas et alia munimina contra hostes facere, ut uoluit in ~~terminis~~ indiuiduo, et indistincte Alberic. de Rosat. in suo Dictionar. in litera F in uerbo Feria. in addit. pa. ec. mod. ubi ad id addit tex. in c. nos autem nouas fossas fodi cernimus discipulos, de Consecr. dist. 5ta et arg. c. si quis. ex. de furt. sane quidem festiue Pari itaque, et forte maiori ratione fas erit operari in diebus festis gratia condendæ urbis, alteriusue muniendi loci ob iustum belli timorem: nam (ut priscus ait uates) ait Senec. in Traged. Peior est bello timor ipse belli: Hinc Ill.mi et religiosissimi Dni nostri Veneti festis diebus operati sunt in re aduersa. teste Bemb. in Histor. Venet. lib. 8o Quin etiam Taruisi Legatus, Præfectique, quid hostes ad se uenturos intellexerant, eam diligentiam pro=ficiendis munitionibus adhibuerunt, ut non ipsi modo, reliquique ciues Veneti, et Taruisani ex nobilioribus, sed ipsæ etiam mulieres singulis diebus plures horas terram suis manibus fodienda, et conuehenda laborem forti animo subierint. authore eod. Bemb. in Histor. Venet. lib. xij.o

[…] quem […] Pe[…] c. 4. […] mod. […] ueteres […] ibi […] magni[…] […] tradit pace, et […] in […]

Sic et Tomumbeius olim Ægypti Regis Rex dum Selymus Tur=carum Imp. Alexandriam, urbem Ægypti amplissimam, ac celeber=rimam capere pararet, nemo uel equitum splendidissimis ligones, aut sordidi operis labores detrectabat. teste Ioui. in Histo. sui tempo. lib. 18. fol. 375. ro

Tantus, et tam ardens in Tauisanorum animis fuit patriæ tutandæ amor, ac studium, ut eius causa non pepercerint proprijs nedum corporibus, sed etiam eorum decori, ac honori, qui ex fodienda fossa alioqui innobilium animis nota aliqua poterat affici. Author enim est Plutarc. in Lucullo antiquum militaris ignominiæ genus fuisse, ut tunicis interioribus solutis milites ignominiosi fossam foderent inspectante reliquo exercitu coperentur. ut refert Sigon. de antiq. iur. ciui. Roma. cap. xv. de iur. milit. et Et Vuolfang. Lazi in coment. Reip. Roma. lib. 4. cap. 8. De urb.

Quoniam igitur noua urbs PALMA ex causa publica et salutari, nempe ob necessariam Fori Julij Italiæ, atque Christianæ fidei tutelam cœpta est condi aduersus imminentes barbarorum hostium impetus, prout malo eheu nostro fato satis superque compertum est: non abs re Ill.mi Præfecti huic operi diebus etiam sacris, ac Dominicis post auditam rem diuinam operari iusserunt: Illud tamen pro corollario pio materiæ præsentis adijciam, quod in eiuscemodi casu necessitatis Episcopus, si haberi poterit, uel simplex sacerdos impartietur licentiam diebus festis operandi: et etiam, si necessitas multum urgeret, poterit quis propria authoritate operari; hæc enim multum committuntur arbitrio boni uiri. ut trad. Alberic. in d. Dictio. in uerbo. Feria. in addit. supra. Quandoquidem peruigil Dei passim omnia tuentis oculus, et abstrusa nostræ mentis arcana, intimosque humanorum cordium recessus explorantis, haudquaquam falli, eludiue potest. [illegible]

[illegible] Feriis; [illegible] hortamentum est [illegible] nec pudet subdere id laboris enim animi excitantur ad emulationem [illegible] ait apud Liuium Leuinus consul recusare, quem Princeps [illegible] si quid iniungere inferiori uelis, id prius in te, ac tuos [illegible] omnes obedientes habeas. et, ut inquit Lactantius [illegible] cœpta dat præcepta faciat [illegible]

Qua ætate sint eligendi ij.
Qui operarij debent in noua urbe condenda.
Cap.m 8.ii

Cùm è re nata nouæ urbis PALMæ contigisset dubitari, cuius ætatis fore deberent ij, qui ad id opus obeundum alle=gerentur, ego non incongruū esse opinatus sum aliqua ad hanc materiam conferentia in medium proferre: Itaq. in hoc ego censui operarios eiuscemodi inspecto corporis labore, p eos subeundo in terra proprijs manibus fodienda, et alio' conuehenda non absimilem fere' sortiri aleam cum militibus ipsis, ideo eius ætatis homines eligendos fore putarē, cuius et milites adlegi consueuerunt. Qua in re Alex. ab Alex. in suis Genial. Dieb. lib. p.o cap. xx.o luculentissimè scripsit eos. qui de militari disciplina libros posteris reliquère, haud fere quēq. minorem septem, et decem annis, aut sex et quadraginta maiorem, mili=tiæ adscribi uoluisse: Idq. à Seruio Tullio, et mox à Gaio Graccho lege lata fuisse sancitum, et ibi caussam addit: tametsi mox subijciat alios, et quidem uarios populorum mo=res circa ætatem militū receptos, nempe Persarum à xx.o ad L.m annum: Scytharum uerò, ne hominem sexagenariū militiæ admitteret, et alioz, quos hic non recenseo, nam et Romanos ipsos pro tempore uariasse circa mili=tarem ætatem refert ibid. Alex. Et quoniam mos increbuerat apud eosdem Romanos, ut et minores annis sep=temdecim aliquando scriberentur: Propterea C. Gracchus in

Tribunatu legem. Plutarcho teste, tulit, ne quis
ante annum xvij. ad militiam cogeretur. Sigon.
de antiq. iur. ciuil. Roman. lib. p.o cap. xv. De
iure militiae. Praeterea Veget. de re milit. lib.
p.o cap. 4.to cuius aetatis Tyrones sint probandi.
secutus Salust. uoluit adolescentes esse milites
legendos: et ibi praecipuam facit mentionem
(praeter caetera) de fossa p milites ducenda.
prout et ita monet Alex. ab Alex. in praedicta loco.

Plato uero
in Dialog. 6.o
de legib. insti-
ad bellum ui-
ro annos xx
usq. ad lx.
definiuit.

Atqui secundum legem Moysis certa aetas ad prae-
lium erat ab anno xx.o supra. Iuxta uero ciuilis
iuris normam est ab anno xviij. usq. ad septua-
gesimum. ut glos. est sing.ris in cap. p.o in uerbo.
ab anno. in §. de pace iuram. firman. in usib. feud.
et illa aetas ann: xviij. appellatur plena pubertas,
ut est tex. in §. minorem. Inst. de adoptio. et not.
in l. nulla. ff. de alim. et ciba. leg. ubi legata
alimentorum facta pueris usq. ad pubertatem
intelliguntur in masculo durare usq. ad xviij.
annum: In faemina uero usq. ad xiiij. ut not.
glos. in d. c. i. et ibi Bal. et est glos. in c. lectores.
32. dist. et praedicta conclusio de pubertate
plena usq. ad xviij. et xiiij. ann. respectiue mi-
litat, nisi forte a Principe secus indulgeatur.
l. fin. C. de testa. milit. Verum pro confirmatio-
ne conclusionis praemisse non est omittendum, quod
Scipio olim Roman. communibus suffragijs. cum
xviij. annorum esset, Imperator delectus est.

ut

ut testis est locupletissimus Leo Quintus Imp.or in suo sin-
gulari libro De Bellic. apparatu. cap. XX.o De sentent.
milita: nu. 78: Sed, quicquid sit circa iam relata exem-
pla, et authoritates, quia onus operis in condenda urbe,
impendendi est inter personalia munera adscribendū,
haud forte absonum foret dicere ~~ego in hoc putarem~~ maiorem annis LV. ab eiusce mo-
di munere immunem esse debere, cum haec aetas ann.
LV. ad munera personalia quem uocari non permittat.
ut inquit tex. in l. manifesti iuris. C. qui aeta. uel
professio. se excus. lib. X.o et l. liberta. ff. de oper. libert.
~~nec su~~ et Menoch. de Arbitr. Iudic. lib. 2.o Centur. 1.a
casu 59. qua aeta. senex quis censeat. num: 5.to
Nec sufficiunt anni L.ta l. à muneribus. C. de decu-
rio. lib. X.o licet tex. in l. si ultra. C. de Decurio. eod. lib. X.o
septuaginta annos requirat ad hoc ut quis sit immu-
nis à personalium munerum uacatione: Nam tex.
ille procedit in Decurionibus Ciuitatis, uel Patriae suae;
quorum munus licet personale sit, haud tamen per-
sonalem habet in se laborem in tantum ut Ciuitatis,
et Patriae suae saluti uacare nō possit, licet sit anno-
sus: imò aetas illa ob senilem canitiem, et subindè
concomitantem maturi iudicij grauitatem est magis
speciosa, et ideò publicis honoribus, ac dignitatibus
prae caeteris est cohonestanda: Hinc Imp.or in d. l. à mune-
ribus. C. eo. tit. de Decurio. lib. X.o in haec uerba rescripsit.
,, A muneribus decurionatus nec sententia Praesidis in perpe-
,, tuum, nec anni L.ta nec podagrae ualetudo praestat excusationem.]

Demum, ut aliquid de PALMA nostra hic apposite inseramus, sciendum est, quod Ill.mus Patriæ Fori Julij Præses Marcus Quirinus natalium splendore, uitæ innocentia, insigni facundia, iustitiæ atq. integritatis candore, alijsq. Heroicis uirtutibus longe clarissimus pnti anno MDXCV. die XXVIII.a Augusti Prætorio cauit edicto, quod ab anno XVI.o usq. LX. ad id opus condendæ PAlmæ urbis operarij eligerentur ab universitatibus Villarum huius Patriæ, et ita Ill.mi DD. Deputati ipsius Patriæ Præcessores mei, ~~qui fuere Livius Antonius Utinensis Canonicus Aquileiensis, Persius ex vetusta prosapia de Partistagno~~, quorum id, præter cætera, munus est, passim mandarunt exequi: Qua in re uidetur edictum illud applaudere Constitutioni in amplissimo Dominio Uladislai editæ in tit. de probatio. cap. p.o et relatæ p Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2.o Centur. p.a casu 59. qua ætate senex quis censeat. num: 5.to cuius Constit.s serie cautum extat senem eum dici, qui annum sexagesimum agit ut ad æternam rei memoriam examinari possit. Ulterius quibus modis, præsumptionibus, et coniecturis probari possit ætas hominis. uide late, et ex professo enucleantem eundem Menoch. in suo Tract. de Præsumpt. lib. 2.o præsumpt. 51. per tot. et de ætatibus hominis uarijs uide d. Menoch. accurate disputantem in suo Trac. de Arbit. Iud. lib. 2.o Cent. p.a casu 57. et de uariarum personarum ætate uide late scripta p Alphonsu Hoiedam I.C. Hispanum in Tracta. de benefic. incompatib. parte p.a cap. 24 et ult. num: 15. et 16.

Plurimum uero apud Romanos, q... uiris ante decimum septimum annum pueros ... mercium illum hre uetabant, hoc ... affirmare non audeo Alerianus ... in suis libris de Arte Gymnastica ... lib. p.o cap. 8.o lib. 29. ubi uide quam ... indijcit ... Galeni ... uolet et ex Plauti Poete in ... [illegible]

At et Fedricus Imp.or quadam Constitutione sanxit, ne maior LX. annis aut minor XXV. in duellum prodire cogerentur. Atq. ita solebant Siculi, quibus hoc lege cautu erat, obseruare. Quamuis et quoq. senes plurimum in uictoria polluisse pp rei militaris scientia costet, quod Latinorum Poetarum Præcipuus in Darete, et Entello ostendit.

ib. Illud quoq; huic materiæ affine est adnectendum, quod personæ illæ, quæ sedulam proprijs corporibus nauant operam in urbe condenda, militum instar priuilegijs militaribus potiri deberent, dum sunt in expeditione, et in publico opere insudat, nam, cum eadem prope pericula experiantur, iura quoq; eadem merito sibi uendicant ex ijs, quæ resp.t 1.° pia. in l. 1. resp. p.° ff. de bono. possess. ex testa. et si in classibus omnes remiges, et nautæ milites sunt. d. l. 1. § in classibus. Cur non et milites erunt censendi ij, qui in terra fodienda, ac ferenda uice remi assidué uel ligones, uel alia similia instrumenta manibus attrectant, ut opus publicum condendæ urbis pro communi incolumitate inchoatum feliciter absoluant.

~~Quod subditi~~ teneantur iuuare eorum Principem in noua urbe condenda.

~~[illegible]~~

De Cauponis.

Ex lib. 3.° Merc. cap. 8.°

Merc. ibid. dicit se summopere iudicium mirari Plutarchi qui 2.° Symp. Probl. x.° Italos cauponas prauitaris, ac molestiæ incusat, quasi Græci non essent alijs deteriores, etiam Platonis æquissimi iudicis sntia, qui dum Græcis legem de cauponaria in ij.° lib. d legib. ferret enumeratis pluribus cauponum maximis uitijs eos ex ui=lior ciuitatis gente tamq; prauos omnino futuros crearí mandat: At fortasse Plutarch. ab aliquo caupone deceptus, q uel uinum Falernum adulteratum, uel nouum, aut recentatum pronuttere sunt sæpe eos facere consuetum[illegible] narrat [illegible] ei ue dideris[illegible] ea dicere [illegible] no[illegible] [illegible] Merc. cap. 8.° [illegible]

Ex lib. Vari. Lectio.
Mercl. Lo. 2o. Cap. 13o

De Vino picanti.

An uinum, quod hodie picant, et recens populari uocabulo dr, ueteribus notu fuerit, qui de huiusmodi sapore nihil meminisse uidentur, multi dubitauit. D. Mercl. uero putat primu a Plauto ipsum fuisse significatu, atq; in Penulo dixit, uetustate uino edentulo etatem irriges, quasi edentulu uocauit uinu, ad illius differentia, quod dentatu, atq; mordax erat. Hæc Mercl. ibid.

Ex eo. lib. cap. 14. in fi.

Argentu uiuum toxici uenenu debellat, si post ipsu bibatur, quam rem ex uxoris maritum ueneno tollere cupientis, hoc epig.te monstrat Ausonius Poeta.

Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito,
Nec satis ad mortem credidit esse datum.
Miscuit argenti lethalia pondera uiui,
Cogeret ut celerem uis geminata necem;
Diuidat hæc si quis faciunt discreta uenenu,
Antidotum sumet qui sociata bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit lethalis noxa salutiferæ.
Protinus et uacuos alui petiere recessus,
Lubrica deiectis qua uia nota cibis:
Quam pia cura deum, prodest crudelior uxor,
Et cum fata uolunt, bina uenena iuuant.

Auson.

De Cydno.
Pausan. in Arcad. seu l. 8o. ... ita inquit ... iucundo aquarum frigore sit Cydnus, qui Tarsensium urbem praeterfluit ... qui praepositus ... Pamphylia ... Hales ... aquam ... frigidam ... aquam ... qui ... febrem ... aestate ... Gortynius. Pausan. ibid.

Ex lib. 4to Cap. 2o.

De Cydno fluvio.

Cydnus Ciliciae fluvius est transiens per mediam Tarsum civitatem ... non minus, quam Athenas, et Alexandriam viris in Philosophia, atque omni alia doctrina praeclarissimis florentem. Unde Gal. in lib. de causis Procatarchicis Alexandrum Magnum aestivo tempore, dum se in Cydno flumine lavaret, convulsione, ac tremore, torporeque captum fuisse tradit, quemadmodum posterioribus seculis Fridericum Aenobarbum Imp. eodem flumine letum interiisse scribunt Historici. Unde Merc. utrumque eorum id passum fuisse putat, quoniam fortasse nimis labore, vel aestu calefacti aquae ~~aquae~~ frigidae sese immerserunt. [Merc. ibid. #

Ex eo. lib. Cap. 3o.

Boethus Poeta in Athenodorum seniorem. Boethus ... hunc dixit versic. apud Phadonem in 14.

„Opera (sunt) iuvenum, consilia autem mediorum, crepitus „veri senum, hoc est ridiculi ventris sonitus.

Ex lib. 1o Cap. 22.

De mensuris potus antiquorum et ordine earundem. Vide pulchra et scitu digna ibid. p. D. Mercur. #

Ex eo lib. 4.° Cap. x.

De Partu abortivo p. saltū.

Criminantur aliqui Hippocratē, quòd in iurciurādo caverit, ne quis medicina exercens mulieri uterū gerenti abortivum medicamentū propinaret. Cum tñ ipse Hyppoc. in lib. de Natura pueri scripserit se famulę cuidā, ne apud alias mulieres gravidę, ne infamaretur, consuluisse, ut saltando genituram dejiceret; quod factū Hypp. defendit hac ratione Hypp. D. Mercur. ibidē... quòd foetus nōdū animatos fuerint, quòd foetus nōdū animatos corrumpere, vel quominus vitam adipiscerentur impedire ijs temporib. quibus nō iam x ana lux apparuerat, liceret: at iam animatos, et viventes minime offendere fas esse, atq. hoc ita fuisse locupletissimus est testis Arist. lib. 7.° Politic. cap. 16. # Hec Mercur.

Ex eod. lib. 4.° Cap. 17.

Quoties veteres in de maducarent vide ibid. D. Mercurial p tot. Cap.

Ex libro Mercurialis
Variar. Lectionum.
Ex lib. p.o cap. 18. inest:
De vino meraci.

Hesiodus meracis potionibus f. xx. dies
ante Canis ortum, totidemque postea uti suadet.

De vino temperando
etia senibus. ibid.

Achilles apud Homerum, cum Phenicem, et
Ulyssem senes esse, ac in armis tota die oc-
cupatos, atque ideo nõ aquosi, sed meraciore
vino, quemadmodum caeteros senes, gaudere
sciret, vino paucum aquae misceri iubet.
Mercurial. eo. cap. 18.

Ex eod. lib. cap. 24.

De aere Romano, et morbis eius, de
moris, et senico aliqua notatu digna
ubi ibidem apud D. Mercurial.

Romanum aerem crassum atque humidum
admodum antiquitus etiam fuisse morbi,
qui olim in ea urbe frequenter va-
gabantur satis testari possunt. Asclepiad.
apud Caeliu Aurelianu lib. 2.o acut. cap. 7.o
refert febres una cum mentis et corporis
oppressione, nec nõ lethargicas Romae fre-
quenter contingere solitas. Memorat etiã
machus apud eunde lib. p.o chro. cap. 3.o Hip-
pocratis sectator contagione quadã plurimos ex
incubone veluti lue apud urbem Romã confectos.
Auctor

Auctor est Gal. lib. p.° de morb. uulga. Comm. 2.°
semitertianas febres prauas Romæ familia=
rissimas, atq frequentissimas extitisse.
Idem Gal. lib. 5 tem. mor. scripsit Romæ
et in alijs similiter humidis locis phleg=
ma a capite in stomachum decidere.
In 5.° Metho. nō raro apostemata
ibidem gigni tradidit.
Asclepiad. apud Celium 2.° acut. cap. 22.
Pleuriticos Athenis, et Romæ phlebo=
tomatos peius habuisse: In Hellas=
ponto, et Pario releuatos e scribit.
ut his omnibus iure merito scripserit
Plutar. in Proble. templum Æsculapij
idcirco extra urbem ædificatum fuisse,
quod ibi maior salubritas, qm in urbe haberetur.
Quid uero inter cetera Romæ urbis loca, Vaticanus situs pesti=
lentior, et insalubrior esset, Symmachus
Consul in epist. quadam, et ante ipsum
Tacit. Hist. lib. 2.° fol. 407. in fine. et seq. h.° Cornel. Tacit. memoriæ prodiderit.
Unde a Vaticana uina ueluti omnium
pessima à Martiale, et alijs infamata
fuisse nulli sit mirum. Hæc dicerentur.

Ep. lib. 2.° cap. p.°

Scriptum est à Vitruuio 2.° lib. cap. 8.° Corpora muliebria,
dum grauida essent, à uenditoribus nunq prestari sana
in more positum fuisse, quod à conceptu usq, ad
partum integra ualetudine nō uterentur,

quam

quam Sutiam nedum Hippoc. ut ueram saepius protulit, uerum et Aristot. qui 4° de Generat. Animal. cap. 6° scribit, puta plurimam temporis partem corpore ualere, dum uterum gerunt, mulieres magna ex parte agras degere, nempe quae uitam ociosam, et sellulariam agentes plus recrementi sibi contrahere. Ita Mercur.

Ex Cod. lib. 2° Cap. 7°.

De Lepore.

Mirantur multi cur Martialis inter quadrupedes lepori primas dederit, qui sane mirari desinent, modo considerare uelint quae a Galeno de sanguine leporino in 3° de aliment. facultatibus scripta sunt, eum nimirum tanquam omnium suauissimum in magno pretio habitum: carnem enim talem esse, qualis sanguis, ex quo tota constat, non modo omnes medicinae auctores, uerum etiam ipsa ratio declarat; unde sanguine leporis suauissimo existente, quomodo eius caro magna suauitate non polleat uiro erudito creditu difficile erit.

Ex eo. lib. 2º. Cap. 9º.

De aquarum ꝑ plumbum ducta℞ prauitate, et quid Romę ex fontib. potarent.

Quantum ad salubritatem conferat
per quos ductus aqua potui, ex'uine
deseruiens feratur. Vitruuius
auctor nō cōtemnendus in 8º. lº. cap. 7º.
luculentissime monstrauit, cuius
uerba tanǵ medicis omnibus ualde usui
futura hic subscibere placet. Vitr. Habent
autem tubulo℞ ductiones ea commoda. Pri=
mum in opere, quod si quod uitium factum
fuerit, quilibet id potest reficere; etiaǵ
multo salubrior est ex tubulis aqua,
q̄ ꝑ fistulas; quod ꝑ plumbū uidetur
esse ideo uitiosa, q̄ ex eo cerussa nascitur;
hæc autem dr̄ ee nocens corporibus hu=
manis, ita si quod ex eo procreatur,
id est uitiosum, nō est dubiū, quin ipsum
quoqз nō sit salubre: exemplar autem
ab artificibus plumbarijs possumus ac=
cipere, quod palloribus occupatos habēt
corporis colores: naǵ cū fundēdo plumbum
flatur, uapor ex eis insidens corporis artus, et indies
exurens eripit ex membris eo℞ sanguinis uirtutes.

Itaqз

Itaque minime fistulis plumbeis aqua duci videtur,
si volumus eam habere salubrem; saporem quoque
meliorem ex tubulis esse quotidianus potest
indicare victus, quod omnes exstructas cum
habeant vasorum argenteorum mensas, tamen
propter saporis integritatem fictilibus utuntur.
Item Gal. 7° de med. compo. ait aquam per plum-
beos canales ductam esse frigidam, quoniam
recrementa quaedam plumbi huic immittun-
tur, unde postmodum huiusce aquae sedi-
mentum potantes dysenteriis tentantur.
Ex quibus omnibus perceptum fieri potest
aquas per plumbum ductas ad innocuo
temporibus perniciosas esse damnatas.
Ex iis etiam, quae supersunt Romae vetus-
torum aquaeductuum vestigiis apparet, ma-
iores quantum fieri poterat, fistulas plum-
beas effugisse, in illis praesertim ducendis
aquis, quae non tantum lotionibus sed potibus
cibisque inservire debebant; quapropter haud facile
credo eas (inquit Merc.) quae ex Tyburtinis
montibus Romam ducebantur, multum pro
cibo potuque in usu fuisse; propterea quod Gal. omnium
Romae conditionum diligentissimus observator
in 4. 6. Epid. Comment. illas omnes crudas, et co-
quendis cibis ineptas extitisse asseverat, adeo
quam urbem, ut alias excellentissimas dotes, sic et plu-
rimos ac pulcherrimos habuisse fontes, ex qui-
bus aegri nedum sani potarent. Ita enim alios
plurimos fontes omitto, auditur esse in Hist.a Romana
Velle. Paterc. Sylla aquas salubritate eme-
dandis corporibus nobiles ad agros omnes duxisse.
S. Haec Merc.

Varia selecta.

Ex quattuor libris Variarum Lectio=
num Ex.mi D. Hier.i Mercurialis
Medici scitu digna.

Ex lib. p.o cap. 7.o

De Cochleis et Bulbis.

Cochleæ, et bulbi multum corporibus nutrimenti præstare ualent, sed tardissime; et sensim alimentum suum membris impertiunt. Gal. 2.o Aph. 18. —

Ex eod. lib. cap. 8.o

De Coitu in fœmina.

Lucretius Poeta in lib. 4.o de Natura fœ=cunditatis uarias causas exponens inter alias scribit ad concipiendum magnopere conferre si à tergo, belluarum more, uir cum muliere utatur Venere.

Et quibus ipsa modis tractetur blanda uoluptas,
Id quoque permagni refert, nam more ferarum,
Quadrupedumque magis ritu, plerumque putantur
Concipere uxores, quoniam loca sumere possunt
Pectoribus positis sublatis semina lumbis.

Quod non est ita explodendum, quin rationem magnam secum habeat, potiusque dictu turpe, quam factu uideatur.

Nam

Nam et Paullus Æginetа non contemnendus auctor, quicquid Lucretius ad hanc rem pluribus carminibus scriptum reliquit, hisce verbis lib. 3° cap. 74. complexus est, idest —

à tergo coitus iuvare conceptum videtur.

Loca vero Lucretij citata Q. Serenus Gordiani Imp.^{ris} praeceptor indicare voluit, quando scripsit.

» Irrita coniugij sterilis si munera languent,
» Nec sobolis spes est multos iam vana per annos
» Foemineo fiat vitio res, nec ne silebo.
» Hoc poterit magni quartus monstrare Lucreti.

Haec Mercurial. ibidem.

De eod. lib. cap. 7° De Vino
veteri novo.

H. Mercurial. ibidem dicit Romanos vinum recentatum vocasse vinum antiquum, mustos vel lixivio, vel tortivo commixtum, quasi quod renovatum, quomodo plerosque hodie factitare conspicimus: recentare enim apud veteres in usu fuisse pro renovare, auctor est Nonius, vide etiam quod à Varrone in libris de Latina lingua vinum vetus, novum nuncupatum invenitur, hoc ipsum recetatum fuisse arbitratur Mercurial. quod caupones pro vetere interdum vendere solitos memorat Galenus lib. de cib. bon. et mali succi. Haec Mercur.

Ce eod. lib. p.o cap. 8.o

De varijs antiquorum refrigerandi uina, et aquam modis, et decocta, et que fuerit calda. vide pulchri idi.

p.o
Ce eo. lo cap. XI.

De Botargae orig.

Botargam inuentorem extitisse Heliogabalum meminit Lampridius. et etiam eod. vide D. Mercurial.

Ce lo. lib. cap. 15.

De uinis degustandis. et de Festo primi diei Augusti.

Romani uina, que saltem anni pre-teriissent, ut plurimum bibere consueuerunt. ut hic apud Gale. aliosque auctores. Nam uinalia festa degustandis uinis instituta xiij. Kal. Septemb. fiebant. ut Plinius scribit. quae autem idem ix. Kal. Maij fieri solita tradit ab Aenea fuisse instituta meminit Ouid. lib. 6o. Fastor. Graeci nouo eadem noua necdum sextum mensem adepta frequenter potarent, Gale. quoque testatur est in Com. supp. de Nat. Humor. Que supra dixi uinalia xiij. Kal. Sept. Rome fieri solita, ea putat Mercur. ibid. que passim hodie in Italia Kal. Augusti celebrantur: ut enim festa illa in die, qua Fidicula sydus oriri incipit Autumnusque inchoat ad tempestates leniendas (quemadmodum scribit Plin.

Plin. lib. 18. cap. 29.) instituta erant, hic nostris temporibus, prima Augusti, ad excantandam mentis prauitatem fieri uidetur.

— Ex eo. lib. cap. 16. —

De Capite Lactis.

Plin. lib. xj. cap. 41. barbaras gentes commemorat lac in iucundum acorem condensare, et butyrum pingue, quod spumam lactis esse, nil aliud intelligit, quam oxygala, et aphrogala apud Romanos maxime aestimatum, et niue refrigerari solitum ut Galenus 7º. Method. narrat, idem enim hodie apud multos inter suauissima edulia sub nomine Capitis Lactis reputatur, Hac Mercurial. lib. [illegible] de oleo, et butyro uide pulchra.

— Ex eod. lº. cap. 17.

De Vino Dulci.

Vinum dulce neque inebriari, neque a frigore densari scriptum reliquit Arist. 4º. Meteorolog. quod etiam confirmauit 3º. Proble. sectio. Hec tamen sententia ab omnibus fere improbatur, quod certa experientia constet innumera prope uinorum dulcium genera reperiri, quae ... integnem potoribus ebrietatem inducat: uere melius censuisse indicat Hippoc. in 2º ad sententias Gnidias lib. scribentem. Sed neque Aristotelem male dixisse intelligemus, si de quo dulci uino ab eo sermo habeatur, sciemus. de quo uide D. Mercurial. ibid.

Ex eo lib. et cap. De Coitu.

Plu. 3°. sympos. refert Cliniã Pythagoricũ, interrogatum, quãdo mulieribus commisceri expediret, tunc praesertim, respondisse, quando quis damnũ pati velit. D. Mercurial. ibid.

Ex eo lib. cap. 18.

De varijs vini antiquorum temperaturis pulchra quaedã vide ibi. Et in princ°. dicit D. Mercurial. quod vinũ aquae primũ miscere caepit Staphylus Sitheni filius, ut scribit Plin.

Ex eod. lib. cap. 22. in fi.

De Poculis ex cornibus.

D. Mercurial. memorie mandauit uetustiores cornibus potare solitos, atq. inde natũ prouerb. κεράσαι. hoc est uinũ temperare: quod uerisimile quidem uidetur, tum quia rudes eorũ mores, tum fortasse quod putarent inde potandi maiorem securitatem accedere. Sic enim tradit Aelianus, Indorũ Reges asini Indici cornu bibere uoluisse, sperãtes a morbo epileptico, et uenenis se inde tutos euasuros. Et ibi q. in eod. cap. 22. D. Mercurialis pulchre, et late scribit de mensuris potus antiquorũ, et ordine eandem.

1°

De vita, et sorata.

¶ Itam Bart. in d. l. per. dicit q. illi lex. quod in studiorum uia publica, positum, et sorata inter sordida munera nō numerantur, et idcirco nemo excusatur ab eo. Concord. l. ad instructiones. C. de sac. sanc. eccl.

Fallit, si alicuius muneris publici uacatio sit specialiter concessa. l. cui muneris. ff. de uacat. mun. Et sic patet fallar Bart. in d. l. per. quia uia, et sorata ponuntur ut species differentes. Concord. l. per. c. ff. de via publ.

Et Bart. in d. l. per. dicit et utile ad statuti decens q. committens maleficium in sorata, poena duplici puniatur. Itam si accusatio dicat q. maleficium sit commissum in via, nō excludit poenam duplicem, quia attendenda sunt uerba legis. l. Praetor ait. §. hec aut actio. uers. sic. ff. de ui bon. rapt. Hiis Bart. in d. l. per. C. de priuil. Domus Aug. lib. 11°.

De igne. Ex lib. 2° bar. Zecha. Alex. Cap. 18.

Medici aduersus pestilentes morbos ita succurrere uidet flammam ingentem accedendo, quia aerem attenuet, attenuant autem rectius si odorata signauerant, qualia sunt Cypariss., Iuniper., et piceae. Acronem itaq. medicum Athenis ex eo fuisse celebrem memorant quod magne pestis tempore ignem accendere iussit iuxta aegrotos, unde nō paulos iuuit. Quod et fecisse Hyppocratē constat, cu Graeciam prope uniuersam peste uexatā crebris ignib. accensis liberauit, quod ab Acrone didicisse facile credi potest, ut refert Alex.m ibi in fine.

De Vijs Publicis urbis.

Bart. in l. p.a ff. de uia pub. et itine. pub. refic.
in princ. inquit, quod quandoque est deterius
uiam esse multum amplam. per d. l. 1. ibi, di
uiam, latiorem. In quo autem ista
deterioratio sit, si est magis ampla, co=
gitaditis: Tamen dico uobis. (inquit ibi Bart.)
quod ego uidi in quadam Ciuitate cum
ibi essent multae uiae amplae posita
fuit necessitas hominibus circumhabi=
tantibus occupandi, et restringendi eas.
Ratio, quia quando tumultus erat in
Ciuitate per uias latitudinem ciuitas red=
deratur debilior ad defendendum, et
hoc fuit in Ciuitate Caly. Haec Bart.
ibi. ubi subdit ibi. d. l. 1. Quod Strata
proprie dicitur uia matonata lapidibus uiuis
uel coctis. et inde uerit strata in ciuit.
et a Bartoli appellatur uia regalis, siue
consularis.

Ad supra manu nota, quod licet probetur longum
tempus populum iuisse per talem uiam
non dicitur per hoc probatum uiam esse publicam.
ut not. in l. 1. ff. de his qui deie. uel effunde.

Adde circa differentiam inter uiam, et stratam
id quod notabiliter inten. Bart. in l. pen. C. de
priuil. domus Aug. lib. XI.
Han

De Cardinalibus.

35. Oldra. in cons. 321. Thema tale est. etc. tenet
q(uod) Fres S(anc)ti Antonij Viennensis habentes privile-
gium a Sede Apostolica concessum q(uod) recipere
possint canonicam portionem pro equis
Caballis mortuorum, quod in locis dictorum fratrum
sepeliantur, tenet in quantum, q(uod) mortuo
Cardinali etc. sepulto in ecclesia Cathedrali
Fres ipsi recipere debeant canonicam portio-
nem. et idem dicit ... appone Caballa-
lium complectentur Cardinales tanquam curia-
les necessario assidue et alios, qui ipsam curiam
voluntarie comitantur, certe nemo redde
intelligens, cum proprie curiales dicantur
Curiae necessitudine alligatus. ut C. de Lex. et
mat. l. curiales. C. de epis. et cle. l. si qui
curialis. et C. de decurio. l. curiales. l. i. et
95. Idem est pro eisdem Fratribus in casu Card.
de quibus tenet idem Oldra. in cons. 24.
ad propositum. p. tot. ubi dicit q(uod) de omnibus
paramentis, et equis, qui cum funeribus Do.
Cardinalis portantur, et veniunt portio
canonica debetur. et dicit et casum
in c. in nostra. et. de sepult. ubi ponitur
speciale in hospitalariis in equis, et aliis
subsidium terre sancte: ergo in aliis tric. cum
relinquitur in oppositum ius commune et expressum alias Carpen. ibi inter nos. et ibi not. et Innoc.
in c. in nostra. et. de verb. sig. Oldrad.
2. Idem et tenet in eodem casu idem Oldra. in
cons. 293. p. tot. ubi in fi. dicit, quod nomine
